tis est ubi maior prolixitas diei est.xvi.horarũ: & eleuatio poli supra horizontẽ.xlviii.graduũ: & duarũ tertiarũ. Et dicit̃ clima diaripheos Latitudo uero eius est ex termino sexti climatis usq; ubi maxima dies est.xvi.horarum & quartæ unius: & eleuatur polus mundi supra horizontẽ qnq̃ginta gradibus & dimidio: quod spaciũ terræ est.c.lxxxv.miliariorũ. Vltra autem huius septimi climatis terminũ licet plures sint insulæ: & hominũ habitatiões: quicquid tamen fit: quoniã prauæ ẽ habitationis sub climate non cõputat̃. Oĩs itaq; iter terminũ initialẽ cliclimatũ & finalẽ eorũdẽ diuersitas est trium horarũ & dimidiæ: & ex eleuatõne poli supra horizontẽ xxxviii.graduũ. Sic igitur patet uniuscuiusq; climatis latitudo a principio ipsi⁹ uersus æquinoctialẽ usq; in finẽ eiusdem uersus polũ arcticum: & q̃ primi climatis latitudo est maior latitudine secundi: & sic deinceps. Lõgitudo autẽ climatis potest appellari linea ducta ab oriente in occidentẽ æquidistans ab æquinoctiali. Vnde longitudo primi climatis est maior longitudine secũdi: & sic deinceps: qđ contingit propter angustiam sphæræ.



CAPITVLVM QuARTVM DE CIRCVLIS ET MOTIBUS planetarũ. & de causis eclipsiũ solis & lunæ.



Otandũ q̃ sol habet unicũ circulũ per quẽ mouetur in superficie lineæ eclipticæ: & est eccẽtricus. Eccentricus quidem circulus dicitur nõ omnis circulus. sed solũ talis qui diuidens terrã in duas partes æquales nõ habet centrũ suum cũ cẽtro terræ sed extra. Pũctus autẽ in eccẽtrico qui maxime accedit ad firmamẽtũ appellat̃ aux: quod interpretatur eleuatio. Pũctus uero oppositus qui maxime remotionis est a firmamẽto dicit̃ oppositio augis. Solis aũt ab occidẽte in orientẽ duo

ſunt motus:quoꝝ unus eſt ei ꝓpri⁹ in circulo ſuo eccẽtrico:quo mouet᷑
in omni die ac nocte.lx.minutis fere. Alius uero tardior eſt mot⁹ ſphæ
ræ ipſius ſupra polos axis circuli ſignoꝝ &
eſt æqualis motui ſphæræ ſtellaꝝ fixarũ ſcili
cet in.100.ánis gradu uno. Ex hiis itaqꝫ duo
bus motibus colligitur curſus ei⁹ in circulo
ſignoꝝ ab occidẽte in oriẽte per quẽ abſcin
dit circulũ ſignorũ in .ccc.lxiii. diebus & q̃r
ta unius diei fere præter rẽ modicã quæ nul-
lius eſt ſenſibilitatis. Quilibet autẽ planeta
tres habet circulos præter ſolẽ. ſcilicet æquã
tẽ deferentem & epicyclũ. Aequans quidem
lunæ eſt circulus concentric⁹ cũ terra:& eſt in ſuperficie eclipticæ: Eius
uero deferens eſt circulus eccentricus.nec eſt in ſuperficie eclipticæ: imo
una eius medietas declinat uerſus ſeptentrionẽ:altera uerſus auſtrũ. Et
interſecat deferens æquantẽ in duobus locis. Et figura interſectionis ap
pellatur draco:quoniã lata eſt in medio & anguſtior uerſus finem. In-
terſectio igit᷑ illa per quã mouetur luna ab auſtro in aquilonẽ appella-
tur caput draconis. Reliqua uero ĩterſectio per quã mouetur a ſepten-
tẽtrione in auſtrũ dicitur cauda draconis. Deferẽtes quidẽ & æquantes
cuiuſlibet planetæ ſũt æquales. Et ſciendũ ꝙ tã deferẽs q̃ꝫ æquãs. Saturni
Iouis: Martis Veneris & Mercurii ſunt
eccẽtrici & extra ſuperficiẽ eclipticæ &
tamen illi duo ſunt in eadem ſuperficie.
Quilibet etiã planeta præter ſolẽ habet
epicyclũ. Et eſt epicyclus circul⁹ paru⁹ ꝑ
cuius circũferẽtiã defertur corpus plane
tæ:& centꝝ epicycli ſꝑ defertur in circũ
ferẽtia deferẽtis. Si igitur duæ lineæ du-
cãtur a cẽtro terræ ita ꝙ includãt epicy-
clũ alicuius planetæ:una ex parte orien
tis:reliqua ex parte occidẽtis:pũctus cõ
tactus ex parte orientis dicit᷑ ſtatio pri-
ma: pũctus uero contactus ex parte oc-
cidentis dicit᷑ ſtatio ſecũda. Et qñ plane

ta est i alterutra illarum stationū dicitur stationarius. Arcus uero epicycli supe rior inter duas stationes intercept⁹ dicit̃ directio & qñ planeta est in illo tūc dicit̃ directus. Arcus uero epicycli in/ ferior inter duas stationes interceptus dicit̃ retrogradatio. & planeta ibi exi stēs dicit̃ retrogradus. Lunæ aūt nō as signat̃ statio directio uł retrogradatio Vñ non dicit̃ luna stationaria directa uel retrograda ꝑpter uelocitatē mot⁹ ei⁹ in epicyclo.


De eclipsi lunæ.

Cū autem sol sit maior terra. necesse est ꝙ medietas sphæræ terræ ad minus a sole semper illuminetur & umbra terræ extensa in aere tornati/ lis minuatur in rotūditate: donec deficiat in superficie circuli signorum inseparabilis a nadir solis. Est autem nadir solis punctus directe opposi tus soli i firmamento. Vnde cū in plenilunio luna fuerit in capite uel in cauda draconis sub nadir solis: tunc terra interponetur soli & lunæ. Vn de cū lunā lumen non habeat nisi a sole: in rei ueritate deficit a lumine. Et est eclypsis generalis in omni terra si fuerit in capite uel cauda draco/ nis directe. Particularis uero eclypsis si fuerit prope uel infra metas de/ terminatas eclypsi. Et semper in plenilunio uel circa contingit eclypsis. Vnde cū in qualibet opositione hoc est in plenilunio nō sit luna in capi te uel cauda draconis nec opposita nadir solis: nō ē necesse in quolibet plenilunio pati eclypsim: ut patet in pñti figura quæ subsequit̃. Cū au tē fuerit luna i capite uł cauda dracōis: uł ꝑpe metas supra dictas: & in cōiunctiōe cū sole: tunc corp⁹ lunæ interponet̃ inter aspectū nostrū & corpus solare. Vnde obunbrabit nobis claritatem solus: & ita sol patie tur eclypsim: non quia deficiat lumine: sed deficit nobis propter iterpo sitionē lunæ inter aspectum nostrum & solem. Ex his patet ꝙ non sem per est eclypsis solis in coniunctione siue in nouilunio. Notandum etiam ꝙ quādo est eclypsis lunæ: est eclypsis in omni terra: sed quādo ē est eclypsis solis nequaꝗ immo in in uno climate ē eclypsis solis: & in alio non: quod contingit propter diuersitatem aspectus in diuersis cli/ matibus. Vnde Virgilius elegantissime naturas utriusq; eclypsis sub cō

pendio tetigit dicens: Defectus lunæ uarios soliſq; labores. Ex prædictis patet q̄ cū eclypsis solis esset in passione domini: & eadē passio esset in plenilunio: illa eclypsis solis non fuit naturalis: imo miraculosa coutraria naturæ: quia eclypsis solis in nouilunio uł circa debet contingere. Propter quod legitur Dionysiū ariopagitā i eadē passione dixisse: Aut deus naturæ patitur: aut mundi machina dissoluetur.

Opusculū sphæricū iohānis de sacro busto explicitum est.





DISPVTATIONVM IOHANNIS DE MONTE REGIO CONTRA CREMONENSIA IN PLANETARVM THEORICAS DELIRAMENTA PRAEFATIO

Vniuersis bonaꝵ artiũ ſtudioſis Iohãnes de mõte regio. S.P.D.



Oſtq̃ emiſimus indicẽ operũ: quæ li brariis noſtris formanda tradem⁹: nõ nullis (ut accepimus) lædendi magis q̃ iuuãdi ſtudio inflãmatis illud mox uiſũ eſt reprehenſiõe dignũ: ꝙ quorũ dã opa ſcriptorũ imutare conamur: aliorũ uero prorſus reiicere nouis ui delicet illatis traductionibus: deinde ꝙ pleriſq; probis uetuſtiſq; auctorib⁹ contradicere: ac quorũdã recentiorũ comentaria oblitterare nõ ueremur: noĩbus etiã: quod (ut iſti putãt) acerbũ eſt: enunciatis. Mihi autẽ uolenti potius ꝓmpta rectaq; exemplaria uerſare q̃ aut noua condere aut mendoſa excribrare: haud quaq̃ diffitẽdũ eſt id libenter atq; cõſulto factũ eſſe: nõ quo alienæ detrahã auctoritati: ſed quo mathematicarũ ſtudia iã inde a ſæculis mutifariã inquinata ac pene ab oĩb⁹ derelicta: oĩ labe quoad eius fieri põt abſterſa illuſtrent̃: quod ꝑfecto quũ imutandi plurima tũ denuo traducendi officio fieri neceſſe eſt. Contradicere autem ſcriptoribus quãq̃ antiquis ſi uſq; ut hoĩes errauerint iuſti uiri ac liberalis ingenii eſſe arbitramur exẽplo mõiti omniũ fere eorũ qui unq̃ aliq̃d noui cõpoſuere. Quod deniq; noĩbus ſcriptorũ nõ pepercim⁹ haud abſentaneũ uideri debet cũ miſelli quidam nimia capti credulitate tantũ tribuant feſtiuis librorũ inſcriptionib⁹ auctorũq; uetuſtati: ut de re quapiã diſputaturi ſupremũ ac ualidiſſimũ argumentãdi locũ ſemꝑ ab auctoritate mutuandũ cenſeant: ſcilicet alieni aſſertioni qualicũq; plus fidentes q̃ rationi certiſſimæ. Affert neſcio q̃d ſingularis indulgentiæ mors hominũ qui aliq̃d in uita cõpoſuere: ut quos adhuc uiuos forſitan negligeremus eorũ iã uita functorũ opa religioſius amplexemur: ſiue ꝙ ſententiis ipſorũ refragari non licet ne ꝑ inuidiã aut inſolentiã id fieri credat̃: ſiue quod

aliena placita excutere argutiusq; diiudicare grauamur: qm̃ id plerũq; sine magno labore fieri nequit. Hinc ergo factum esse crediderim ut cõplura litterarũ studia somnii cuiusdã aut anilis fabulæ speciem contraxerint ob lectiones nimiũ securas ac cõmẽtationes obsequiosas. Verũ enĩ uero & si contagiũ illud oĩbus ferme liberalibus studiis cõmune sit: in mathematicis tñ oĩno pudendũ est ac intolerabile: qppe quæ cõfessu omniũ : ppetuam semp præ se ferentia certitudinẽ: nostri desidia sæculi ad fecem quandã decocta sunt : adeo ut in scientia siderali (uniuersas enĩ inducere longũ est) præter Gerardũ cremonensem ac Iohãnem de sacro busto cunctos pene auctores negligam⁹: iáq; p astronomis celebremur q eorũ cõmenta Theoricas scilicet planetarũ Sphæráq; (ut uocant) materialẽ uidimus. At ubi numerorũ quoq; tabulariũ prædictionũq; inchoamenta quædã attigimus : tũ demũ pfecti undiq; credimur. Hinc alii lectionibus publicis allegamur discipulos scilicet facturi quales ipsi sumus preceptores. Alii ad consultationes principũ accersimur quorũ applosione firmati mox in publicũ ac plebeiã turbã deliramenta nostra pfundere nõ erubescimus. Pudet pfecto recẽsere quanta nobis inde cõtumelia plerũq; obueniat: & quidem nõ indigne qñ p cæcitatem stolidam ppriæ precones sumus ineptiæ. Sed hæc quidẽ quũ adnexa sibi pœna luát leuiori egent censura q̃ꝫ q ad corrigenda exemplaria sciaꝝ quáuis reconditarũ indiscrete ruimus. Hoc etenĩ (nisi fallor) piaculũ est sñias auctorũ nobiliũ obtenebrare cõtagiis pprie suppositis ignorantiæ: posteritatemq; uiciatis librorũ exemplis inficere. Quis enĩ nesciat mirificam illã formandi artem: nup a nostratibus excogitatam: obesse tantũ mortalibus si mendosa disseminent libroꝝ uolumina quantũ pdest exemplaribus rite correctis. Nõ queo mihi temperare quo minus unũ pferã exemplũ correctoris audaculi: qui geographiã Strabonis latinã aliquãdo factã: romanis nuper librariis formandam exhibuit: quáuis ridere magis libeat q̃ꝫ litteris indicare hoĩs scioli confidentiã. Is in tertio uolumine ubi de plixitate diei maximæ agit quæ accidit habitãtib⁹ inter Romã & Neapolim: dies inquit maxima est horarũ solstitionaliũ quindecim. illic etiã sæpius hoc epitheto solstitionaliũ repetito: inscitiã suã atq; barbarismũ indicans uno scilicet uerbo duplicem prostituit ignorantiam. Quum enĩ auctor græcus dicat ωρων ἰσημερίνων quod latine est horarũ æquinoctialiũ: stolidus ille

miratus est: quo nã modo æquinoctiales horæ diem solstitii cõstituere possint: æquinoctio ac solstitio multũ inter se distantib⁹. Itaq; a solsti/ tio horas illas denoĩauit: ignorans utiq; cur æquinoctiales dicantur horæ etiã ille quæ in die solstitiali numerant᷑. Nemo sane tantũ traductori Guarino uitiũ imputabit: is enĩ superius haud lõge post caput secundi uoluminis: diem maximã apud britãnos horarũ æquinoctialiũ esse decem & nouem insinuat. Nõ diceret ille solstitionaliũ sicut grãmaticellus iste: sed a solstitio solstitiale formaret Lucanum imitatus dicentem: rapidiq; leonis solstitiale caput. Tali correctori imo potius corruptori: exemplaria emendatu difficilia plurimũq; ĩpedita o amice credis? Quid quæso fiet si traductoris incuria primũ exemplar uitio sit obductũ: aut ab esurienti quouis librario ꝑperã ĩmutatũ? Quoꝝ profecto utrunq; cernere est in eo ope quod hodie ꝑ Geographia Claudii Ptolemæi circũfert᷑: ubi nec litteralis cõtextus auctoris græci respõdet sententiis Iacobo Angelo florentino inuertente: neq; tabulæ ꝓuinciarũ ꝑticulariũ a Ptolemæo institutã seruant effigiem: sed friuolã ab hoĩe famelico passæ sunt immutationẽ. Igit᷑ qui se habere putabit Cosmographiã Ptolemæi ne umbram quidẽ tanti operis poterit ostentare: fidemq; nemo nõ habebit sũmatĩ dicenti mihi: opus hoc nõ dũ ad latinos trãslatũ esse: ꝑsertim si resciuerit ipsũ ob difficultatem suã diu apud græcos quoq; ꝑditũ oĩnoq; iteriturũ fuisse: nisi mõachi cuiusdã maxĩa uigilãtia reppertũ esset. Sed hæc alibi pleniori reddent᷑ tractatu: Iã uero reuertens unde abii: ne aliena delicta reprehendentem meipsũ uidear eximere a grege isto ridiculo astronomoꝝ tanq̃ĩnocentem nulli q; errori obnoxiũ: nũc profiteor æque laturũ ĩmo gratias ingentes habiturũ plerisq; oĩbus q meas inspicient editiones iudicabũtq; q̃uis insidiose: quas & si sciã Horatii Quintilianiq; monitu nõ esse ꝑcipitãdas: aliqd tñ in ætate uegetiori tentandũ est: ne uentri tantũ more pecudũ indulgere uidear. Suspicor aũt fore nõnullos q insolentiæ crimen mihi obiectabũt: ut qui in Germania ne dicã barbarie degã: inops librorũ: a frequentiaq; doctorũ hominũ semot⁹: tot tãq; celebratos uiros impetere ausim: Sed hi (nisi me fallit animus) ueniã dabũt si finẽ ꝓpositi: nõ personã scriptoris aut fortunã perpenderint. Nam quo licentius abundiusq; uniuersi tentata mea inspicere: iudicare: corrigere ac retractare queãt: ecce meiipsũ sponte interpratamentoq; multiplici in mediũ sta/

tuo haud reformidantē ꝑ republica litteraria quáuis experiri fortunā Sitq́ʒ hæc præsens lucubraciúcula q̄si prægustamentū uniuersæ cōmentationis: quá ueluti mensurá reliquæ ætatis nostræ: quantácūq́ʒ deus tribuet: exercebimus. Hortamur deniq́ʒ lectores: beniuolos quidem ut ꝓ suo quisq́ʒ ingenio conatus nostros examinet: nō quidē sine premio nisi quispiam nominis sui celebrationem negligere uelit: quá certe pollicemur facturos in opibus nostris ubi fuerit opportunū: æmulis autem nō nihil uoluptatis accedet si hoīem res inusitatas aggredi ausū in errore dep̄henderint. Sed ne lōgius præfemur incipiemus percurrere Theoricas planetarū: Gerardo cremonēsi (ut fert̄) æditas: iá pridemq́ʒ ī oīb⁹ studiis generalibus legi cæptas: opus quidē tenue sed a multis magnisq́ʒ ingeniis credule ꝓbatū. Multos passim offendas insanos ei⁹ expositores: errataq́ʒ sua demōstrationibus geometricis roborare conantes. Qui q̄ꝫ friuole uigilauerint specie dialogi manib⁹ nostris iádudū erepti intelligent: quem in urbe Roma quondá lusimus: Nuncq́ʒ uniuersos sideralis scientiæ studiosos eo interprete Salutamus.

VIENNENSIS .V. CRACOVIENSIS. .C.




SI quis forte roget quáobrem potissimū ad hanc ædem diui Petri apl̄i hoc mane cōcesserim: is sciat in primis oratū me uenisse ut Pio defūcto pōtifex succedat cui sincera religio cordi sit: q̄ christiani noīs inimico mahumeto occurrere ausit: quiq́ʒ externis olim cōculcatis hostibus intestina studeat tollere discidia: ut tandem oī ambitiōe ac praua cupiditate extincta boni mores ex integro resumant̄ ac deinceps optimæ quæq́ʒ artes ī lucem redeát q̄ turbulenta hac nostra ætate negligi uident̄. Ná ut reliqua studiorū genera silentio prætereá: artes liberales hortant̄ p̄sertim illæ quas uocát mathematicas: quæ ita misere mortaliū animis exciderūt: ut ꝑpaucos hodie repperies q̄ satis docte cōsecuti sint eas: plurimi autem & ferme omnes uix æquo aīo

miserabile dictu: eas̃ nomina audiāt: nihil suaue arbitrātes q̄ nō auri sacrā famem expleat. Interea tñ ea quæ astros̃ pollicetur noticia quos dā afficit hoīes: nō q̄dem: ut æquū esset: animi exercendi sed gloriæ aut quest⁹ grā q̄ iusto ordine neglecto dū ad futura pronūciāda nimiū properant: totam ferme quæ de motibus est prætereūt astronomiā: quo demū fieri solet: ut uulgari undiq̧ habeāt ludibrio: neq̧ id iniuria: quādo q̄dē ab erroribus suis quos̃ occasiones ignorāt abstinere nō student. Sed quisnam me appellat: hoīem tāta turba discernere nō sinit? C. Saluere iterū te iubeo Iohānes optime. V. Saluū te aduenisse gaudeo amice dulcissime. C. Iā dudū salutatus haud respondisti. Quid agit'? V. deambulat'. Sed tu q̄d rei hic habes? C. Expecto. V. O te fœlicem q̄ expectandi gratiā habes: ad capessēdas enī opes ecclesiasticas hanc aiūt esse uiā. C. Ha ha. Tu quoq̧ idcirco beaberis: q̄ tantope ante hostiū moraris sacrū. V. Deus faxit. Sed nunc ego Nicenū expecto dominū meū non ut ita dixerim beneficia. C. At ego dñm meū opior futurū custodē ad cōclaue. V. Tu igit' hoc triduo in carcere latebis: id quidē cōmodi habiturus ut q̄ primū electio noui pontificis tibi īnotescat. C. Quid tū postea. V. Vt inde fortunas ei⁹ p̄dere possis. C. Recte p̄fecto id explorādi talis credit' esse ianua. V. Alii diem poti⁹ obseruādū censent quo cathedrā premit ap̃licam corona triplici redimit⁹. Sed missa istæc faciamus. orandus multo maxime deus est ut cæptis illis adspiret: utq̧ Mercurium suos fœlici radio temperare iubeat homines deuote supplicandū est. C. Ita faciundum censeo. Verū ut ad usitata iucundioraq̧ nostra colloquia redeam⁹ opportune mones ubi Mercuriū cōmemoras. V. Quid quæso incidit? C. Theoricæ planetarum cōes in mentem rediere: præsertim locus ille ubi de minutis p̄portionalibus Mercurii agit'. Nā s̄nīa eius loci haud quaq̄ respondere uidet' tabulis numeros̃. V. Theoricas dicis Gerardo quodam (ut fama est) cremonensi æditas quæ unde primā sortitæ sint fidem ut tantope legerent': sæpenumero admiratus sum. C. Tu ne illas lectū iri adeo iniquū arbitraris? V. Vtrū legendæ sint an potius negligendæ: alius quispiam paulo post iudicarit. C. Igit' ineptus ego frustra tantam illis fidem habui: quippe quas totiens magna cū intentione legerim. V. Optimi uiri functus est officio: nō modo enī bene dicentib⁹ gratiæ sūt habendæ: uerū etiā errātib⁹ Nā p̄ hos quidē cautiores reddimur: p̄ illos autem meliores. C. Adhuc

hæreo dū tot cōmētarios suos circūspicio: q̄ omnes explanare conan/
tur hasce theoricas: nihil errati nihil deniq; insipienter dicti notantes
V. Si quid obscurius scriptor ipse ediderit: uel indocte forsitan præce/
perit: officio cōmentatoris id quidem satius illustrādū: istud uero de/
centi cū moderamine exponendū est: alioquin ignau⁹ habebit̃ cōmen
tator atq; temerarius. Sed ne diem teram⁹ res ipsa attentanda est. Ve/
lim nobis datū iri textum theoricarū: quo ordinatius singula pluſtrare
liceat. C. In uicino amicū habemus unde petere oportebit. V. Vade er/
go ocius petitū. Anceps hodie facinus cæptasse uideor q aliena scripta
& iam diu pro indubitatis habita retractare ausim: Verū ubiubi opus
erit Euclides noster atq; Ptolemæus aduocati assistent. & si aliūde testi
monia sumi oportuerit copia: sic spero: dabit̃. Hoc nāq; pacto (nisi me
fallit animus) calūniandi plerisq; adimet̃ licentia. Quod nisi fieret: plu
rimos præter rationē mihi oblocuturos uererer. Dicerēt forsitan Vnde
nouicio mihi tantū arrogem ut uetustū prouocare auctorē nō erubescā
Sed amicum uideo redeuntem. Vbi est libellus quem petebamus? C.
Eccum ipsum. V. Satis est. Nunc ordiendnm cēseo a rebus paruis: quæ.
aliq̄tenus tolerari possēt si moderamine certo acciperentur. Post pau/
ca igit̃ initialia Medi⁹ inquit ille mot⁹ Solis dicit̃ arcus zodiaci cadēs
īter lineā exeuntē a cētro terræ usq; ad firmamentū: lineā dico æq̄distātē
lineæ exeunti a centro eccentrici per cētꝝ corporis solis ad zodiacū. C
Quid in hisce uerbis notas? V. Exiguū aliquid est: superflue quidē semi
diametrū eccētrici ad centrū solis terminatā producit usq; ad zodiacū:
Nā hæc linea ad zodiacū usq; extensa: neq; mediū solis locū neq; ueloci
tatem motus eius æq̄lem ī zodiaco designat. Sed satis est lineā ex cētro
eccentrici educi & ad centꝝ solis terminari: Hæc enī uelocitatē solis in
eccentrico suo declarat: cui demū æq̄distantē ex centro mundi educere li
cebit. C. Parua uidetur illa nota. V. Ha ha he. & parua existit in uerita/
te. C. Quid rides ubi ueritatē appellas? V. In mentē uenit græculus q̄dē
esuriēs: quē insanire fecit hæc linea ex centro eccētrici ꝑ centꝝ solis usq;
ad zodiacū ꝓducta: ait enī mediū solis motū in zodiaco ad huiusmodi
lineā terminari. C. Tam temere quispiā sentire potest? qn quid hæc li/
nea in æq̄s temporib⁹ ex zodiaco nō æq̄les abscindit arcus quod ꝓpriū
lineæ medii motus ē officiū. Sed hominē istū nosse ueli. V. Dabit̃ post
hac cognoscēd⁹. Tu mō cæptā ꝓseq̄re lectionē. C. Aduerte igit̃ animū.

Quæ æq̄tio nulla est: sole existēte ī auge uł opposito augis: ipso autē exi stente ī longitudinib⁹ mediis ē maxima. Quid queso accipis p uocabu/ lū, longitudinis mediæ. V. Lōgitudinē longiorē Ptolemæus iutelligit li neā quæ ex centro mundi ad augē eccētrici protendit: Lōgitudinē autē propiorē accipit lineā a cētro mūdi ad oppositū augis porrectā. Inter/ dum tn̄ puncta eccentrici dictas lineas terminantia longiorem & pro/ piorem uocat longitudines. Longitudinem autem mediam appellare solet lineam egredientem ex centro mundi ad circunferentiam eccentri ci: æqualem quidem semidiametro eccentrici: aut punctum eccentrici quod terminat huiuscemodi lineā. Appellatur autem longitudo me/ dia quoniam tantum superatur a longitudine. longiore quantum & ipsa superat longitudinē propinquiorem. Qui aliter accipit longitu dinem mediam eccentrici a mente Ptolemæi recedit. Vt autem punctū huiusmodi longitudinis mediæ determinari possit: figuratione uten/ dum est. Circulis. a. b. c. super centro. d. lineatus eccentricum solis re/ præsentet: in cuius diametro. a. c. longior atq̄ propior longitudines consistant: centrum mundi sit. e. diuisaq̄. d. e. eccentricitate per medi/ um in pūcto. f. ex ipso. f. egrediatur. f. b. perpendicularis ad diame/ trum. a. c. Cuius punctum. b. terminalem dico esse longitudinem me/ diam eccentrici. Productis enim duabus lineis. b. d. & . b. e. erunt duo latera. b. f. & . f. d. trianguli. b. d. f. æqualia duobus lateribus. b. f. & . f. e. trianguli. b. e. f. & uterq̄ angulo rum ad. f. rectus quare per quartā primi elementorum Euclidis. b. e. linea ipsi. b. d. semidiametro eccen trici æqualis erit. linea autem. e. a. scilicet longitudinis longioris su/ perat. a. d. semidiametrum eccen/ trici: atq̄ idcirco lineam. b. e. ipsa eccentricitate. d. e. semidiameter quoq̄. d. c. & ideo. b. e. æq̄lis ei ex/ cedit lōgitudinē p̄piorē. e. c. eadē eccētricitate. Sol igit pūctū. b. possi dēs ī lōgitudīe media eccētrici secūdū mentē Ptolemæi existere dicet. C. Placet id mihi. Sed textum continuabo nisi aliud subiungere uelis.



V. Quiesce paulisper donec ex cētro mūdi. e. ad diametrū eccētrici. a. c. ppendicularē. e. g. eduxero circūferētiæ eccētrici ī puncto. g. icidentē. C Perge ut lubet. V. Ptolemæus noster demōstrauit soli ī pūcto. g. existēti maximā in motu suo diuersitatē accidere. C. Nō igit̃ ī pūcto. b. lōgitudinis scilicet mediæ æquationē solis maximā repperiem⁹ quēadmodū bon⁹ ille theoricaꝝ auctor asserebat. V. Recte cōcludis: nō eni ī ipsa lōgitudine media: sed ꝓpe eā maxima solis diuersitas colligit̃. Nūc cætera deinceps profer. C. Audito igit̃ me lecturū. V. Sed missū faciamus Solē: speculationes aūt motuū atq; orbiū lunæ aggrediamur. C. Eccētricus solis immobilis ē nisi quātū ad octauā sphæram. eccētricus autē lunæ mouet̃ quolibet die ab oriēte ī occidentē undecim gradib⁹ fere. V. Hic siste gradū. Quot cōmemorat ille eccētricos ī speculatione sua? C Vnū duntaxat epicycli delatorē. V. Quomodo igit̃ idē eccētricus occidentem uersus moueri poterit: qui epicyclū defert ad orientem: nisi eidē mobili duos cōtrarios īesse motus affirmare quis uelit? C. Nequaq̃ sup iisdē polis. uerū de cētro eccētrici dixisse uidet̃: illud eni ad occidentē trāsfert̃. V. Sed neq; illud natura pmittit: oporteret eni hoc pacto scindi corpora cælestia uacuūq; in eis reppiri. C. Bene ratiocinaris. Id eni necessario sequeret̃ nisi orbi eccētrico epicyclū deferēti alios duos circūponam⁹ singulis tantū supficieb⁹ eccētricos: ita ut tota triū orbiū cōgeries mūdo fiat cōcētrica. Sed hæc oīa ī theoricis suis nouis Georgi⁹ Purbachius præceptor tuus explanauit & qdē accuratissime. V. Illud demū quod sequit̃ haud poterit intelligi: si nō duos exteriores huiusmodi eccētricos imaginati fuerim⁹. C. Quid illud ē? V. Paulo iuferi⁹ ille. Patet eni inquit q̄ cētrū epicycli lunæ bis in mense pertrāsit eccētricū. C Verū dicis: quo nanq; pacto epicyclus peragrare posset eccētricū cui ita inditus ē ut ad motū eius raptim circūferat̃. V. Procedēdū ē oci⁹: nō dū eni limē trāsgressis nobis hora ferme ītegra subterfluxit. C. Ergo tacere libet minuta ꝓportionalia: quæ ut iste autumat dicūt̃ sexagesimæ particulæ lineæ duplæ ad lineā existentē īter cētrū terræ & cētrū eccētrici diuisæ ī sexaginta partes. V. Profecto si Ptolemæū uidisset hō ille minuta ꝓportionalia rōnabiliter diffiniuisset sexagesimas esse particulas ipsi⁹ excessus non quidē duarū linearū more suo: uerū duarū æquationū argumēti maximaꝝ: quarū altera quidē epicyclo ī auge eccētrici cōstituto

accidit: altera uero i augis opposito. C. Illud deinceps minime satisfacit mihi ubi de dracone lunæ: Et ducit inquit istas intersectiões qdã circul⁹ cõcẽtricus mũdo existẽs i cælo æqualis eccẽtrico lunæ i magnitudine: & ẽ, i supficie orbis signorꝝ siue i uia solis. Nã & si facile intelligã huiusce/modi duas intersectiones: motus tñ earũ fieri posse nõ uidet̃ ꝑ circulũ mũdo cõcentricũ: ut ille ait: orbes eñi corporei sunt quib⁹ motus cæle/stes fiũt: nõ circuli. V. Nõ iĩuria notasti hũc locũ insufficienter exposi/tũ. Quare mirandũ nõ ẽ cur paucissimi plenã theoricarũ noticiã habe/ant: qñquidẽ diminute res ipsa tradita sit. De luminarib⁹ iã satis: nunc ad tres supiores trãseundũ est: quorũ qlibet inqt ille duos habet circlos eccẽtricos æquales dispositos in eadẽ supficie plana & ĩmobiles nisi q̃n tũ ad motũ octauæ sphæræ & ad motũ quottidianũ circa terrã ab oriẽ te ad occidentẽ? Quid de hac littera tibi uidet̃ amice mi? C. Neutrũ du orꝝ circulorꝝ moueri asserit præterq̃ ad motũ octauæ sphæræ & primi mobilis: quod a ueritate alienũ arbitror: cũ alter eorꝝ orientẽ uersus de/ferre epicyclũ soleat. V. Audi alia hui⁹ hoĩs uerba. Et dicit̃ tũc ẽsse cẽtrũ epicycli i lõgitudine media æquãtis qñ diameter epicycli stat perpẽdicu lariter sup diametrꝝ mũdi transeũtẽ ꝑ cẽtra eccẽtricorꝝ. Quid ibi dices? C. Recurro ad ea q̃ supius de lõgitudine media eccẽtrici solis ostẽdisti. V. Itidẽ facturũ te suspicor circa minuta ꝓportionalia quæ q̃dẽ depħẽ di autumat ꝑ excessus lineaꝝ: nõ æquationũ argumẽti maximaꝝ quẽ/admodũ Ptolemæus solet. C. Recte putas. Quis eñi nõ potius ptole/mæi clarissimi adhæreat sñiæ q̃ ineptiis hui⁹ uiri. V. Nunc ad mercu/riũ qui hæc nostra cólloquia suscitauit descẽdemus ex ordine ubi paulo postq̃ mediũ eius motũ determinauit hæc profert uerba Et cũ iste tres lineæ æqualiter moueant̃ erunt semper æquidistantes: aut erunt omnes una linea: aut duæ eadem: & reliqua. Denotauit autẽ duas lineas quaꝝ altera quidem ex centro eccentrici per centrum solis: altera uero ex cen tro æquantis mercurii per centrum epicycli eius pro tenditur: & tertiã ex centro mundi egredientẽ prædictisq̃ duab⁹ æquidistãtẽ. C. Cur hũc locũ negligendũ censes? V. Quia nunq̃ dictæ lineæ æquidistant ut illæ asserit præterq̃ centro epicycli mercurii in altero duorꝝ nodorꝝ existen te: quod bis in spacio anni solaris accidere solet: tunc eñi solum duo cir culi eccẽtrici solis & mercurii atq̃ idcirco prædictæ lineæ in una plana

superficie collocantur: quod ad æquidistantiam linearum requiritur: centro autem epicycli alibi constituto memoratæ lineæ quum non sint in eadem plana superficie? æquidistare non poterunt: semperq; alia est linea medii motus Solis: & alia mercurii: præterq; dum linea medii motus solis ē communis sectio eclipticæ & eccētrici mercurii: aut in ipsa eccentrici mercurii superficie repperitur. C. Profunda speculatio hæc est adeo ut nemo rem hanc penitus comprehendere possit: qui habitudines superficierum inuicem sectarum ignorauerit. V. Inferius paulo hæc sua uerba colliguntur. Centrum uero epicycli: & aux eccentrici: & quilibet punctus eccentrici: semper in æqualibus temporibus æquales angulos describunt super centro æquantis. C. Quid ibi: Nonne centrum epicycli in centro æquantis regulam sui motus habet? V. Ita res se habet. C. Reliquis punctis eccentrici id quoq; accidere creditur quod ipsi centro epicycli: ita ut æqualiter circa centrum æquantis moueatur. V. Reliquis eccentrici punctis id non obtingere geometria nostra demonstrabit. C. Auscultabo libenter. V. In linea. a. c. sit centrum æquantis. g. centrū parui circuli. f. super quo ipse circulus paruus descriptus. e. m. g. ponamus nūc centrū eccentrici deferētis epicyclū ī sūmitate parui circuli scilicet in pūcto. e. & sup eo eccētricū ipsū. a. b. d. Iā ostēdet pūctū eccētrici. c. quod terminat diametꝝ eccētrici trāseūtē p centꝝ epicycli irregulariter ī cētro æquātis moueri. C. Cur nā pūctū. c. & nō aliud assūpsisti. V. Quo ꝓcessus & breuior fiat & intellectu facilior: nā ꝺ reliqs pūctis quāuis difficilius idē demōstrare poterimꝰ. C. Perge igiť ut cæpisti V. Fiat deinceps ut cētrū eccentrici deferētis epicyclū lege motꝰ sui ꝑ ueniet ad punctū. m. mediū sc3 sēi circuli parui occidētalis ita ut ducta semidiameter ꝑui circuli. f. m. ꝑpēdicularis ad lineā. a. c. factoq; m. cētro iterꝝ describať eccētricus k. b. l. d. ex centro deniq; æq̄ntis. g. egrediatur. g. k. rectos faciens angulos ad lineam. a. c. occurrensq; circunferentiæ eccētrici ī puncto.

k.in quo oportebit repperiri centrũ epicycli.C.Ita eſt.Nam centrũ ec/ centrici circa centrũ parui circuli & centrũ epicycli circa cẽtrũ æquãtis æqualiter in cõtrarias ferunť partes:ducať item ex puncto.k.diametri eccentrici in puncto.l.deſinens: & alia linea.l.g.in eo: itaq; tempore quo centrũ epicycli ex.a.ad.k.traductum eſt:punctus ei diametraliter oppoſitus ex.c.ad.l.peruenit:atq; idcirco angulũ.c.g.l.in cẽtro æquan/ tis deſcripſit.C.Nõ eo inficias.V.Procedat iterũ epicycli centrũ do/ nec ad oppoſitũ augis æquãtis pducať: & ideo cẽtrũ eccẽtrici cũ cẽtro æquãtis quod ẽ.g.coueniat:quo demũ fieri oportet ut punctus eccẽtrici centro epicycli p diametrꝝ oppoſitus ĩ ſuperiori parte lineæ.a.c.reppe/ riať.C.Confiteor equidẽ.V.In ſecũdõ igiť tẽpore cẽtrꝝ epicycli circa cẽtrũ æquãtis angulũ rectũ deſcripſit ueluti in primo & ideo tẽpora i/ pſa æq̃lia fuiſſe oportet.C.Nõ ẽ dubiũ.V.In ſecũdo etiã tẽpore pũct⁹ ille alius deſcripſit angulũ.l.g.a.in centro æquãtis.Sic in duob⁹ tẽpori/ bus æqualib⁹ duos angl'os.c.g.l.&.l.g.a.circa cẽtrũ æquantis deſcripſit. C.Quid ni.Sed eos duos ãgulos ĩæq̃les eſſe uelim oſtẽdas? V.Exẽplo id efficiã.In triãgl'o enĩ.k.g.l.angulũ.k.g.f.particularẽ cõſtituebam⁹ re ctũ:quare.f.g.l.reliquus particularis minor erit recto:niſi triãgl'o cuipiã rectilineo tres angulos duob⁹ rectis maiores dare uelis.C.Nequaq̃; tri/ geſima ſecũda primi elemẽtorꝝ ꝓhibẽte.V.Sũt aũt duo angl'i.c.g.l.&.l g.a.duob⁹ rectis æquales niſi tertiadecima primi mẽtiať:quãobrẽ ãgu/ lus.c.g.l.maior recto habebiť.C.Certũ id ẽ.V.In tẽporib⁹ igiť æq̃lib⁹ punct⁹ ille alius cẽtro epicycli diametraliter oppoſit⁹ inæquales angu/ los in centro æquantis deſcripũnt.C.Ergo perſpicuum eſt non quodli/ bet punctum eccentrici in temporibus æqualibus æquales in centro æ/ quantis deſcribere angulos. V.Rem apprime mihi placituram facies ſi litteram ſequentem leges:ego enim interea parumper quieſcens auſcul tabo.C. Audi igitur: Sed duo ſunt loca in quibus maxime accedit cen/ trum epicycli centro terræ:& in aliis locis non poteſt tantum accedere illa uero duo loca ſunt puncta prope oppoſitum augis æquantis ter/ minantia lineas contingentes paruum circulum ſuper quem mouetur centrum deferentis & tranſeuntes per centrum terræ. V. Illud notan dum eſt. Sed perge ut cæpiſti.C.Quum igitur inquit centrum epicycli eſt in au/ge ſtatim incipit ire uerſus orientem in ſuo deferente & ſimi/ liter centrum deferentis incipit ire uerſus occidentem in ſuo paruo


circulo. V. hoc uerum est. C. Et quando centrum epicycli est in capite lineæ cõtingentis quod caput ẽ ꝓpe oppositũ augis æquãtis: tunc cẽtrũ deferẽtis est ĩ pũcto cõtactus parui circuli cũ ipsa linea & tũc aux deferẽ tis est in maxima remotione ab auge æquãtis & tũc cẽtrũ epciycli est in opposito augis deferẽtis. quare tũc est in maiore appropinquatione ad terrã: quia tunc centꝝ deferẽtis descendit plus in suo paruo circulo & plus remouet̃ oppositũ augis deferẽtis a cẽtro terræ: quod faciliter pa/ tet inspicienti figurã & intelligẽti motũ. & quãdiu erit cẽtrũ epicycli in ĩsto arcu deferẽtis q̃ est inter duo pũcta uel capita lineaꝝ contingentiũ quæ capita sũt propinqua opposito augis æquãtis semꝑ erit in oppo/ sito augis deferẽtis: & hoc sequit̃ ex hoc ꝙ quãtũ currit epicyclus ĩ una parte tantũ currit cẽtꝝ deferẽtis ĩ alia: ergo semꝑ erũt in eadẽ linea trãs/ eunte ꝑ centrũ terræ & ꝑ cẽtꝝ deferẽtis: & tñ nunq̃ appropinquat cen trũ epicycli centro terræ quãtũ appropinquat in capitib⁹ linearũ cõtin gentiũ. V. Iam quiesce. Lõge melius erat theoricas hasce nunq̃ edidisse q̃ tot tãtasq; ineptias profudisse. C. Nunq̄d bene dicta sũt oĩa? V. Nõ sunt. C. Vbi quæso erratũ ẽ? V. Centrũ epicycli medio quidẽ cursu suo distãs ab auge æquantis per quattuor signa coĩa propinquius est cẽtro mũdi q̃ dum ab eadẽ auge æquãtis distat ꝑ tria signa quẽadmodũ ĩ bre uiario Almaiesti demõstratũ est. C. Quid tũ postea. V. Tunc aũt linea inter cẽtꝝ epicycli & cẽtꝝ mũdi cõprehensa habet partes quiquagin/ raquinq; quales sexaginta sũt in semidiametro eccẽtrici deferẽtis & in/ super minuta triginta tria unius partis. C. Quib⁹ obsecro rõnib⁹ illud cõcludis? V. Sciẽtia triãglorꝝ planorꝝ hæc oĩa nobis manifestat. C. Cẽ trum autẽ epicycli lineam contingentem possidens quot partibus præ/ dictis a centro mũdi remouet̃? V: Partibus quinquagintasex & minu/ tis uigĩti duob⁹ fere. C. Quũ igit̃ ĩ maxima ut illæ asserit uicinitate ad cẽtrum mundi existent. siquidẽ in alio commemorato situ propinqui⁹ eidem repperit̃? V. Suam uir ille bonus operã lusit. C. Est ne aliud ni/ gra dignum litura? V. Est. Ait enim centrum eccentrici deferentis esse in puncto contactus dum centrum epicycli ĩ ipsa contingente linea exi stit. C. Quo pacto id erratũ eẽ demõstrabis? V. Ad ĩpossibile redigẽdo assertorẽ. Quod ut ĩtellectu parati⁹ habeat̃ figuratione lineari agẽdũ ẽ. Sit itaq; ĩ linea. a. c. pũctus. f. cẽtꝝ ꝑui circuli. c. h. g. pũct⁹ aũt. g. cẽtꝝ æq̃ntis & . n. cẽtꝝ mũdi. augẽ deniq; æq̃ntis. a. nota repræsẽtet & . c. op

positũ augis eius: ductaq; linea.k.h. p centrũ mundi cõtingente par/
uum circulũ in puncto.h.intelligatur centrũ quidẽ epicycli in puncto
k.lineæ contingentis:cẽtrũ autem eccentrici delatoris in puncto.h.quẽ
admodum iste statuit: pducant deinceps duæ lineæ.g.k.quidem ex/
centro æquantis ad centrũ epicycli. f.h.autem semidiameter parui cir
culi ad.h.centrũ eccentrici. Quũ igit motus duorũ centrorũ epicycli
scilicet & eccentrici sint æque ueloces: hic quidẽ in centro parui circuli
ille autem in centro æquantis:inceperitq; ab eodem termino auge uide
licet æquantis: necesse est duos angulos
a.g.k.& a.f.h. esse æquales. C. Nemi
ni dubium. V. Atq; idcirco duos an/
gulos.k.g.n. & g.f.h. reliquos de bi/
nis rectis æquari oportebit Illud mẽo
riæ mandes uelim.C.Fiat. V.Ex octa/
ua autem tertii elementorum linea.n.
h.longior est ipsa linea.n.g.cui lineæ.
n.g.quum si æqualis semidiameter par
ui circuli:id enim Ptolemæus ostendit
libro nono capitulo nono:erit & li/
nea.n.h.longior ipsa.f.h. quare & per
decimãnonam primi elementorum an
gulus .n.f.h. maior erit angulo.f.n.h.
& ideo p quintamdecimam eiusdem
intercedente cõi scia maior erit angulo
k.n.c.qui cũ sit extrinsecus ad triangu
lum k.g.n. erit p sextamdecimam pri/
mi maior ãgulo.k.g.n.unde & p cõem
sciam angulus.g.f.h.maior erit angulo
k.g.n.quos antea cõclusimus æquales.


a
c
f
b
g
n
k
d

C.Conclamatũ est:iã eni ad ipossibile redegisti assertorẽ:cũ nulla quan
titas alteri æqualis esse possit & inæqlis. Sed hoc unũ rogo Iohannes
optime? ubi nã erit cẽtrũ eccẽtrici deferẽtis qñ cẽtrũ epicycli i linea con
tingente.k.h.cõstituet? V. Habuim⁹ angulũ.g.f.h.maiorẽ angulo.k.
g.n.ex eo igit absumat ãgul⁹.g.f.l.æqualis ipsi.k.g.n.ducta semidia/
metro pui circuli.f.l.in cui⁹ termino.l.centrũ deferentis reperiri opor/


tebit.sic eni duo ãguli.a.g.k.& .a.f.l.re-
liqui de binis rectis æquales inuicẽ exi-
stẽt quẽadmodũ similitudo motuũ exi
git. C. Igitᵉ ex centro mũdi.n.educta li
nea per pũctũ.l.ad partẽ supiorẽ: in ea
aux eccentrici necessario repperietᵉ. V
Verũ est. C. Quáobrẽ aux eccẽtrici de-
ferentis nõ est in maxima remotione
ab auge æquãtis cẽtro epicycli in pũcto
k. lineæ cõtingentis existente: terminus
eni maximæ remotionis est in linea cõ-
tingẽte paruũ circulũ. V. Recte subin-
fers cõtrariũ eius quod ille ĩ theoricis su
is affirmat. C. Idcirco insup cẽtrũ epicy



cli nõ
erit in
ĩ oppo
sito au-
gis defe
rentis:
nõ eni
est in linea.n.l.quãtũlibet cõtinuata. V
Illud quoqȝ sñiam eiusdẽ destruit aper-
tissime: dixit nanqȝ centrũ epicycli dũ ĩ
capite lineæ cõtingẽtis esset ĩ opposito
quoqȝ augis eccẽtrici existere. C. Quod
si cẽtrũ eccẽtrici deferẽtis ĩ pũcto cõta-
ctᵒ positũ fuerit ubi quæso cẽtrũ epicycli
reppietᵉ? V. In linea recta q̃ a cẽtro eccẽ-
trici p cẽtrũ æq̃ntis educetᵉ: cẽtrũ quoqȝ
epicycli erit. Cuiᵒ rei ueritatẽ figuratio
declarabit. disposita eni ut prius linea.a
c.cũ paruo circulo & linea cõtingẽte eũ
in pũcto.h. ducatᵉ semidiameter ipsius
pui circuli.f.h.& chorda.g.h. ponatᵉ qȝ



ãgulus.a.g.k.æq̃lis ãglo.a.f.h.ꝓducta linea.g.k.idefinite lõgitudinis: quo demũ fieri oportet: ut cẽtro eccẽtrici existẽte i pũcto.h.cõtigẽtiæ cẽtrũ epicycli sit i linea.g.k. Quũ aũt linea.n.h.cõtingat circulũ paruũ erit ꝑ decimãseptimã tertii angul⁹.f.h.n.rectus: descriptoq; circulo ꝑ imaginationẽ sup.g.centro secũdũ quãtitatẽ lineæ.g.n. cicũferẽtia eius ibit ꝑ pũctũ quidẽ.f.propter æq̃litatẽ duarum linearum.g.n.&.g.f.ꝑ pũctũ aũt.h.ex cõuersa trigesimæ tertii: ãgulo.h.recto existẽte. quãobrẽ & linea.g.h.erit semidiameter eiusdẽ circuli æq̃lis semidiametro.g.f.q̃ etiã æq̃lis ẽ ipi.f.h.triãgulus ergo.f.g.h.erit æq̃laterus & iõ ãgulus.f.g.h.æq̃lis erit ãgulo.g.f.h.sed ãgul⁹.g.f.h.cũ ãgulo.a.f.h.sil' æq̃les sũt duob⁹ rectis ꝑ tertiãdecimã primi: q̃re & per cõem sciam duo anguli.f.g.h.&.a.g.k.ualebũt duos rectos: atq; idcirco q̃rtadecima primi ratiocinante duæ lineæ.h.g.&.g.k.sibi directe cõiũgunt.& sũt una linea.C.Quã pulchre certiorẽ me reddidisti de eo qđ quærebã uude iterũ sñiam hui⁹ hoĩs cõfutare poterim⁹.Sed reliq̃ lectæ litteræ salua ne sũt oĩa? V.Immo iepta sunt & friuola.Quãdiu enĩ iquit cẽtrũ epicycli erit ĩ isto arcu deferẽtis q̃ ẽ iter duo pũcta uł capita linearũ cõtingẽtiũ q̃ capita sũt ꝓpinq̃ opposito augis æquãtis: semꝑ erit ĩ opposito augis deferẽtis & reliq̃.C.Vellẽ audire qua nã rõne illud destrueres? V.Resume igit' lineã.a.c.cũ paruo circulo & duab⁹ lineis rectis eũ cõtingẽtib⁹ ĩter quas ĩtelligat' cẽtrũ epicycli ĩ ꝑte oppositi augis æquãtis uerbi grã inpuncto.k.ducat'q; linea recta ꝑ ipsũ.k.pũctũ & cẽtrũ mũdi secans circũferentiã parui circuli ĩ pũcto.l.Si igit' ut ille autumat centrũ epicycli ẽ ĩn opposito augis eccẽtrici: necesse ẽ cẽtrũ quoq; eccẽtrici deferẽti s ĩ linea.k.l.repperiri.C.Nemo ĩficias ibit: necesse enĩ ẽ sẽꝑ hæc q̃ttuor pũcta: augẽ eccẽtrici cẽtrũq; ei⁹ & cẽtrũ mũdi atq; op/



sitū augis i una cōtineri linea recta. V. Cētrū autē eccētrici circūferētia
pui circuli uunq̄ deserit qnáobrē cētrū eccētrici deferētis i pūcto .l. ne/
cessario cōstituet. C. Quid tū postea? certa sūt enī quæcūq̄ assumis. V
Audies cōtinuo si pri⁹ cētrū æquātis cū cētro epicycli p lineā .g.k. copu
laueris. C. Factū. V. Iā syllogissimū paulosupius factū resumēs cōcludo
lineā .n.l. lōgiorē esse semidiametro pui circuli .f.l. atq; idcirco āgulū .l.f.
n. angulo .f.n.l. maiorē q angul⁹ .f.n.l. quū sit æqualis .k.n.c. āgulo cōtra
posito & ille qdē extrīsec⁹ ad triāgulū .g.k.n. āgulo itrīseco .k.g.n. ma/
ior phibet: erit ob eā rē cōi scia itercedēte āgul⁹ .l.f.n. maior ipo āgulo.
k.g.n. ac demū āgul⁹ a.g.k. soci⁹ āguli .k.g.n. maior eē cōuicet āgulo .a.f
l. Nā si a q̄ntitatib⁹ æq̄lib⁹ iæq̄les abstuleris: residuū maioris ablatæ mi
n⁹ erit residuo minoris. C. Certū id accipio. V. Nō igit æque uelociter
mouebāt: cētrū qdē epicycli respectu cētri æq̄ntis: cētrū autē deferētis
respectu cētri pui circuli: qd ē icōueniēs & cōtra unanimē oīum astro/
nomorū sniam. C. Pulchre admodū ineptias hui⁹ hominis detexisti:
Quæ tantæ tamq; crebræ præserti i Mercurio fuere ut reliq̄s omnes as/
sertiūculas suas contaminare uideant: multo autem iustius cōmentato
res omnes despiciendos censeo: q me atq; alios plurimos iā diu suis ne/
bulis ac deliramētis inique remorati sūt. Sed quid responderes obsecro
rationi quā ex æq̄litate motuū centri epicycli ac centri deferentis elice/
re conatur? V. Quid nam aliud dicerem nisi q hæc sua argumentatio
nullam formā habens neq; locū sicut de centro mundi nihil assumit ita
quicq̄ de ipso concludere nequiet: Nā haud aliter inferre liceret cētrū
epicycli & centrū deferentis esse semp in una linea recta cū quolibet alio
pūcto lineæ .a.c. C. Aliud ne tenes de hac re proferēdū? V. Iā id satis ē.
C. Ergo ad locū ordo me ducet qui initio cōfabulatiōis nostræ animū
pulsauit meū. V. Quæ res est? C. æq̄tiōes inq̄t argumētorū q̄ scribunt
in tabulis sūt æq̄tiōes ac si sēp fuisset centrū epicycli i intersectiōe circuli
æquantis cū deferēte: & paulo inferi⁹. Quare oportet: inquit q tria
paria sint minutorū pportionaliū scilicet minuta pportionalia ad lō
gitudinē lōgiorē. & sūt excessus lineæ exeūtis a centro terræ ad cētrū e/
picycli ipso existēte i auge deferētis ad lineā exeūtē ab eodē cētro terræ
ad intersectionē circulorū: excessus dico diuisus in .lx. ptes. Quid de his
uerbis tibi uisū est? V. æquatiōes argumētorū i tabulis scriptæ nō sūt ad
huiusmodi intersectionē circulorū cōputatæ quēadmodū ipe dicit: ue/

rum potius secundũ mentem Ptolemæi ad eũ sitũ centri epicycli ubi di stantia eius a cẽtro mundi æqualis ẽ semidiametro deferẽtis: quá ipse ĩ sexaginta æquas partes more suo diuisit. Ná si recte numeraueris æqua tio argumenti maxima quæ accidit cẽtro epicycli existẽte in prædicta intersectione uiginti unũ gradus & uigintiquinq; minuta nõ excedit: ea aũt quá habẽt tabulæ uigintiduos gradus & duo minuta cõplectit. Dũ enĩ cẽtrũ epicycli ab auge æquãtis medio cursu suo distat p gradus quin quagitaocto. & minuta uiginti fere: ipsũ cõstituit ĩ intersectiõe circulo rũ deferẽtis & æquãtis. Tunc autẽ distãtia eius a cẽtro mũdi habet par/ tes sexagintauná quales sexagĩta sũt ĩ semidiametro deferẽtis & insup minuta trigĩtaseptẽ uni9 partis. Hæc oĩa quisq; scientiá triãgulorũ pla/ norũ habens facile confitebitur. C. De minutis aũt pportionalib9 qd? V. Dupliciter peccat: partĩ quidẽ q ipsa minuta pportionalia p exces/ sus linearũ ueluti in aliis planetis: nõ æquationũ argumẽti maximarũ si ue relatiuarũ cõsiderat: partim uero q sitũ epicycli ĩ intersectione supra memorata in hisce minutis pportionalib9 extrahendis obseruat: cũ in eo situ poti9 statuendus sit epicyclus ubi a cẽtro mũdi sexagĩta memo/ ratis partib9 remouet: & ad æqtiones argumẽtorũ ibi cõtingẽtes refe/ rẽdæ sint binæ æquationes: quæ in maxima & minima centri epicycli a cẽtro mũdi distãtiis accidere solẽt. Sed hæc ĩ breuiario nostro abundi9 explanata sũt. Quo aũt pacto triplicia minuta pportionalia Mercu/ riũ habere intelligẽdũ sit Georgi9 meus Purbachius in theoricis suis lu/ culẽtissime docuit. Sed satis iá circa Mercuriũ lusisse uidemur. Nũc ul teri9 pcedẽdũ censeo. C. Sane illud præterire nõ libet qd paulo inferi9 sentire uidet: tres lineas æquidistare: quarũ una quidẽ ex cẽtro eccẽtrici Solis p centrũ Solis: alia uero a cẽtro æquãtis Veneris p centrũ epicycli sui incedit: tertia aũt quá uocãt lineá medii motus. Illud enĩ nõ nisi bis ĩ anno solari accidere ex his quæ ad Mercuriũ supius disseruisti cõclu/ dit. V. Recte quidẽ. Ad sequẽtia demũ legẽda animũ adhibe. C. Plana uidẽt omnia. V. An illud silẽtio prætereũdũ arbitraris? ubi Minuta ca sus niquit dicunt minuta cæli quæ ptransit Luna a principio usq; ad mediũ eclypsis: si nõ obscurat tota & reliqua. C. Hanc tu diffinitionẽ aspernabere? Nunquid pro suo quisq; arbitratu rem diffinire potest? V. Primis quidẽ artiũ traditorib9 id facere licet: cõmẽtatorib9 aũt siue sequacibus minime: quĩimo auctori primario & diffinitiones suas cõ


formare debent & sententias. C.Ptolemæũ fortasse imitari debuit? V. Nõ modo Ptolemæũ uerũ etiã alios q minuta casus diffiniũt ea q̃ per/ trãsit luna a prĩcipio usq; ad mediũ eclipsis sũpando Solẽ ĩ eclipsi qui/ dẽ pticulari: ĩ eclipsi aũt uniuersali ab initio eclipsis usq; ad prĩcipiũ to/ talis obscurationis: ita q minuta casus intelligãt esse excessus ille quo motus Lunæ uerus ĩ tpe huiusmodi sũpat motũ Solis uerũ: nõ ipse mo tus lunæ simplr. Hæc diffinitio respõdet mẽti Ptolemæi ĩ sexto libro ca pitulo septimo magnæ cõpositiõis suæ. Sed & ĩ oĩb⁹ tabulis talia scribũ tur minuta casus: Quãobrẽ ad habẽdũ tẽpus: expositores tabularũ mo nẽt ipsa minuta casus diuidi p sũpationẽ Lunæ uerã ĩ una hora: aut eis/ dẽ addi duodecimã sui partẽ & collectũ diuidi p motũ Lunæ uerũ ĩ ho ra: quorũ neutrũ bene perciperet si minuta casus iuxta huius uiri sñiam diffinerẽt. C. Satis mihi psuasũ ẽ: neq; aliter sentiẽdũ esse arbitror de minutis dimidiæ moræ quin p sũpationẽ nõ p motũ Lunæ ĩtegrũ diffi niẽda sint: atq; idcirco sequẽtẽ litterã cẽseo negligẽdã: ubi & ppter hoc inquit si ista minuta diuidãt p motũ lunæ æqualẽ in una hora: ueniet tẽ pus ĩ quo Luna ptrãsit ista miuuta. V. Recte putas: Nã & si p diuisio/ nem huiusmodi exeat tẽpus ĩ quo luna pcurrit ipsa minuta: nõ tamẽ il/ lud ẽ temp⁹ casus aut dimidiæ moræ: sed oportebit minuta huiusmodi diuidi p sũpationẽ Lunæ ĩ hora quẽadmodũ supra monuim⁹. Iã pfi/ ciscamur ocius hora monet: atq; res illas leues missas faciam⁹ . C. Vis ad latitudĩes planetarũ trãseã? V. Perplacet: hoc legas primũ. C. Et si in quit accipimus declinationẽ grad⁹ orbis signorũ ĩ quo ẽ luna & in ea/ dẽ hora accipimus latitudinẽ Lunæ ab orbe signorũ scilicet a uia solis: & si fuerĩt ãbæ: declinatio scilicet & latitudo septẽtrionales: uel ambæ meridionales: iungem⁹ utrãq;: & eueniet declinatio Lunæ ab æquino/ ctiali: & si fuerĩt diuersæ: subtrahem⁹ minorẽ de maiori. Similiter in a/ liis planetis ĩuenit declinatio. V. Quis obsecro hæc feret æquo aĩo? Cũ latitudo qdẽ sit arcus circuli magni trãseũtis p polos eclipticæ: cẽtro a/ stri atq; ipsa ecliptica intercept⁹: Declinatio aũt ĩ circulo magno p po/ los æquinoctialis & cẽtrũ stellæ incedẽte cõsideratur: ẽ eni arcus memo/ rati circuli cẽtro stellæ & ipso æqnoctiali intercept⁹: Hi aũt duo circuli semp sũt diuersi: præterq; astro in capite cãcri aut capricorni existẽte: tunc nãq; cõueniũt dicti circuli: doctrinaq; hui⁹ uiri locũ habet: aliubi aũt si posueris stellã declinatio ueri loci ei⁹ cũ ipsa stellæ lati tudĩe si quã

habeat sẽp cõcurret ad ãgulũ: Quãobrẽ ex cõgerie declinatiõis & latitu dinis ꝑdictaꝝ nõ cõflabit̃ arc⁹ un⁹ cõtinu⁹: unde quoq; alteꝝ ex altero demi ut declinatio stellæ reliq̃t̃ friuole q̃spiã putabit. Quæ oĩa si opus esset figuratiõe sua apti⁹ declarari posset. C. Omitte figurationẽ: ꝑspi cua eni tua ẽ argumẽtatio. Ad reliq̃ hui⁹ capl̃i te transferto Sed hoc unũ sæpe admiror tabulas bipartialis & q̃dripartialis numeri ita abolitas eẽ ĩ qb⁹ tñ bon⁹ ille uir omnẽ hui⁹ capl̃i cõsumit sermonẽ. V. Nõ teme re tabulas illas aspnãt̃ docti astronõi: q̃ndoq̃dẽ a ueritate plurimũ ab sũt: qd̃ plane cõstabit si latitudĩes illic elicitas cõferem⁹ ad eas quæ ꝑ ta bulas Ptolemæi nũerãt̃. Sed redeam⁹ ad litterã. Inter cætera de tabul̃ la titudinũ ait iste: & latitudo quæ scribit̃ ĩ tabul̃ binarii ẽ distãtia ꝑtiũ cir cũferẽtiæ epicycli a circũferentia eccẽtrici: distãtia dico cõputata uersus uiã sol̃. C. Quid ibi notãdũ cẽses? V. Si ita eẽt: oporteret cẽtrũ planetæ nũq̃ reppiri ĩ sũꝑficie eccẽtrici: Nã apd̃ omne argumẽtũ æq̃tũ ĩ tabula biꝑtialis nũeri aliq̃s ponit̃ nũer⁹ q: ut ipse sẽtit: distãtiã planetæ ab eccẽ trico denotat. C. Hoc nimiꝝ seq̃ret̃. V. Alia demũ audi uerba ei⁹ Incli nat̃ aũt epicycl⁹ ab eccẽtrico: ita ꝙ sẽp erit planeta ĩter eclipticã & cẽtꝝ epicycli: nisi cũ cẽtꝝ epicycli sit ĩ capite ul̃ cauda dracõis: tũc eni epicy clus ẽ direct⁹ ĩ eccẽtrico. Quid tibi uidet̃? C. Quũ cẽtꝝ epicycli sẽp sit in sũꝑficie eccentrici sequit̃ planetã semꝑ esse ĩter duas planicies eclipti cæ & eccẽtrici. V. Illud aũt absẽtaneũ ẽ. Nã in trib⁹ sũꝑiorib⁹ sũꝑficies epicycli sẽp secat sũꝑficiẽ planã eccẽtrici: ita ꝙ pars ei⁹ sũꝑior q̃dẽ augẽ epicycli cõtinẽs ĩter eccẽtrici & eclipticæ duas sũꝑficies cõꝑhẽdit̃: reliq̃ uero pars sũꝑficiei epicycli pl⁹ ab ecliptica remouet̃ q̃ ipa eccẽtrici sũꝑ ficies. Vnde planetã quoq; ĩ hac ĩferiori ꝑte epicycli existẽtẽ plus ab ecli ptica q̃ ipsũ eccẽtricũ remoueri: atq; idcirco ñ int̃ eclipticã & sũꝑficiẽ eccẽtrici reppiri necesse ẽ. Illud deniq; falso affirmat̃ cẽtro epicycli ĩ ca pite ul̃ cauda dracõis existẽte: sũꝑficiẽ ei⁹ directe ĩ sũꝑficie eccẽtrici iace re. Sic eni cẽtro epicycli ĩ alt̃o nodoꝝ cõstituto planeta extra augẽ ue rã epicycli sui ul̃ oppositũ augis existẽs sẽp latitudinẽ ab ecliptica sorti ret̃: qd̃ ꝑfecto falsũ ẽ. Nã teste Ptolemæo dũ epicyclus ĩ altero nodoꝝ existit nulla planetæ accidit latitudo ubicũq; etiã ĩ epicyclo fuerit: quã obrẽ totã epicycli superficiẽ ĩ plano eclipticæ: nõ eccentrici: iacere ne cesse est centro epicycli in altero nodoꝝ existente. Sed quid tantopere deliramenta hui⁹ hominis tractamus? C. Sequentia igitur eius placita

uideamus.Et quãdo inquit planeta est in auge epicycli tunc maxi/
me declinat a uia Solis:q̃re tũc maxima latitudo reperit̃ ĩ tabula.V.
Nugæ. Nã maior est latitudo cuiuslibet triũ superiorꝫ dũ in oppósito
augis epicycli existit q̃ ĩ ipsa auge.Idẽ quoq; Veneri & mercurio semꝑ
accidit præterq̃ cẽtro epicycli ĩ uẽtre draconis existẽte:ibi enĩ aux epi/
cycli & oppositũ ei⁹ æq̃les planetæ tribuũt latitudines Ptolemæo hæc
oĩa explanãte.C.Quomodo igit̃ ĩ prĩcipio tabulæ binarii maior rep/
perit̃ numerus q̃ in fine? quasi maior accidat planetæ latitudo ĩ auge
epicycli cõstituto q̃ in eius opposito:prĩcipiũ enĩ tabulæ augi:finis au
tẽ opposito augis respõdere perhibet̃. V.Numeri qui ĩ hac tabula scri
bũt̃ o amice nõ sũt uerarũ latitudinũ quẽadmodũ & ille paulo inferi⁹
asseuerabat.Sed officiũ huiuscemodi numerorꝫ secũdũ mẽtẽ Azarche
lis ẽ diuidere alios & latitudinẽ ipsã elicere. Si aũt diuiseris eũdẽ nume
rũ ꝑ duos ĩæquales: maior quidẽ minorẽ elicit numerũ quotiẽs: minor
aũt maiorẽ:quod ex uigesimaseptimi elemẽtorꝫ facile cõuincit̃.Sic ma
ior numerus ĩ capite tabulæ bipartialis numeri oblat⁹:minorẽ reddet la
titudinẽ q̃ mĩor ĩ fine eiusdẽ. C.Certiorẽ me reddidisti:nihil ĩ hoc capi
tulo latitudinũ aliud q̃ ineptias apparere & quidẽ ĩtolerabiles. Verũ/
tamen:si iubes:sequentẽ eius litteram pronunciabo. V.Perge ut lubet.
C.Et latitudo quæ scribit̃ in tabulis quaternarii ẽ distantia circũferen/
tiæ eccẽtrici a uia Solis:quæ distãtia ẽ paruula cũ ẽ prope nodos: & ma
xima cum in remotis locis a nodo per tria signa. V.Nõ obtundas am/
plius. Nã in fine huiusce tabulæ quadripartialis numeri. Saturnus ha/
bet gradus quinq;.& iõ uenter draconis eius distans a nodo ꝑ quadrã/
tem circuli.quinq; gradib⁹ ab ecliptica remouebit̃.Quãobrem Satur/
n⁹ in opposito augis epicycli existens epicyclo uentrẽ draconis possi/
dẽte habebit latitudinẽ maiorẽ quĩq; gradib⁹.quod ẽ falsũ:maxima enĩ
ei⁹ latitudo gradus tres & minuta q̃ttuor nõ excedit.C. Ergo numeri
qui scribuntur in tabulis non sunt uerarum latitudinũ: siquidem non
ostendunt distantiam partium circũferentiæ eccentrici ab ecliptica:
neq; distantiam partiũ circunferentiæ epicycli ab ipsa superficiæ eccen/
trici. V.Recte concludis.Ipse etiam theoricarũ scriptor paulo inferius
Compositor autem inquit tabularum ad ostensionem sui magisterii
noluit ponere ueros numeros prædictarũ latitudinum in quibus unus
subtrahitur ab altera semper.& reliqua. Vbi confitet̃ aperte numeros

uerarũ latitudinum in tabulis cõmemoratis non eſſe deſcriptos. C. Homo illæ uidet̃ extollere ĩgeniũ cõpoſitoris tabulaꝝ: q̃ſi opus egregiũ ad latitudĩes planetaꝝ cõputãdas ediderit. Quid igit̃ obſtat cur recẽtiores ſideralis ſciæ ſtudioſi ipſis nõ utũt̃? V. Quid obſtat quæris? Autoritas Ptolemæi noſtri ueraciſſimi: q ĩ libro ſuo ultimo maximã Saturnõ nũerauit latitudinẽ triũ graduũ & q̃ttuor minutoꝝ: p tabulas aũt mẽoratas maximã Saturni latitudinẽ oportet eẽ graduũ q̃ttuor & minutorũ decẽ ſeptẽ fere. Ioui deniq; Ptolemæ⁹ tribuit latitudinẽ maximã graduũ duoꝝ & minutoꝝ octo: q ſecũdũ has tabulas latitudinẽ accipiet maximã graduũ triũ & q̃dragĩta uni⁹ minutoꝝ. Mars demũ tabulas dictas nõ ĩiuria aſpernabit̃: qppe q Ptolemæo affirmãte maximã latitudinẽ: borealẽ qdẽ habet graduũ q̃ttuor & minutoꝝ uigĩtiuni⁹: auſtralẽ uero graduũ ſeptẽ & minutoꝝ trigĩta. Ex hiſce aũt tabulis æq̃lem hic atq; illic ab ecliptica remotionẽ ſuſcipiet. Sed neq; Venus & Mercurius calũniã ſuã reticebũt. Nã dũ cẽtꝝ epicycli ẽ ĩ auge eccẽtrici & Venus ipſa ĩ oppoſito augis epicycli p̃dictæ tabulæ latitudinẽ maiorẽ tredecim gradib⁹ exhibẽt: quæ tñ iuxta mẽtẽ Ptolemæi nõ erit pluriũ q̃ꝫ decẽ minutoꝝ. Mercurius uero ĩ ſili circuloꝝ ſuoꝝ ſitu p tabulas qdẽ ſæpe dictas habebit latitudinẽ maiorẽ nouẽ gradib⁹. In ueritate ãt q̃dragĩta quĩq; dũtaxat minutis a uia Solis recedet. Hæc ĩq̃ꝫ ponẽdo duos nodos æq̃liter a uẽtre dracõis diſtare quẽadmodũ oẽs opinãt̃ aſtronomi. Sic moroſus illæ tabularũ cõpoſitor Ptolemæũ neglexit ueraciſſimũ: quẽ Albategnius pater oĩum qui nũeros tractãt tabulares imitari ſtuduit. Dũ igit̃ ab auctorib⁹ recedẽs bonus iſte uir nouã cõputãdi quærit facilitatẽ plurimas effũdit ĩeptias & quidẽ abſurdiſſimas. Sed qd iteꝝ ĩ hæc deliramẽta ĩcidim⁹ quæ iã dudũ miſſa facere decretũ ẽ: ad litterã denuo redeũdũ cẽſeo. C. Quid uis legã? V. Quod ſequit̃. C. Cũ uero cẽtrũ epicycli ẽ ĩ nodis nullæ ſũt latitudĩes: tũc enĩ directus ẽ epicyclus ĩ eccẽtrico & cẽtrũ epicycli ĩ uia Solis. V. Iã dudũ illud uerbũ floccifecim⁹: nõ enĩ tũc epicyclus ĩ eccẽtrici ſup̃ficie iacere ſolet: ſed ĩ plano eclipticæ teſtimonio Ptolemæi cõſtituit̃. Verũ ſi nõ dũ quieſcis: oſtẽdã bonũ hunc uirũ ſibi ipſi haud quaq̃ꝫ cõſtare. Nã cẽtro epicycli ĩ nodis exiſtẽte dicit nullas eſſe latitudines: cauſã ſubiũgens ꝙ epicyclus tũc ſit directus ĩ eccẽtrico. Quod ſi ita eſt: ſequit̃ omne epicycli pũctũ extra eclipticã repperiri præterq̃ꝫ ea quæ ſũt ĩ cõmuni ſectione epicycli & eclipticæ: ſicuti nullũ

eccentrici pũctũ in ecliptica ẽ præter ea quæ ĩ cõmuni sectione eccẽtrici & eclipticæ iacẽt. Quaóbrẽ centro epicycli ĩ altero nodorum̃ existẽte pla/neta nó priuabit̃ latitudine nisi in auge epicycli aut ei⁹ opposito fuerit: hæc enĩ duo loca sũt ĩ pdicta cõmuni sectione. Sed uideam⁹ qd dicat de motu capitis & caudæ dracõis. C. Caput ãt inqt & cauda triũ supio rũ imobilia sunt nisi ad motũ octauæ sphæræ. Caput aũt & cauda Ve/neris & mercurii mouẽtur tali pportione q̃ uerus locus capitis utriusq; distat ab eis semp tãtũ quãtũ & uerus locus capitis scriptus ĩ tabularum̃ ca none: distat a loco qui fit ex medio motu Solis & argumẽto istorũ æq̃/to. V. Fabulæ. Caput enĩ & cauda Veneris & mercurii in ueritate nõ mouent̃ aliter q̃ capita & caudæ triũ supiorũ: Ita omnes sentiũt: cõpo sitor quoq; sæpe dictarũ tabularum̃ idẽ putasse uidet̃: quãdoqdẽ ĩ canone suo loca capitũ uera pro Venere & Mercurio cõscribit tanq̃ ĩmobilia. Secundũ nugas aũt huius boni uiri caput Veneris tantũ ferme contra successionẽ signorum̃ quãtũ stella ipsa ĩ epicyclo respectu augis eius ueræ mouebit̃ dempta tamen inde aut addita nõnunq̃ ipsa æquatione argu mẽti. Quod q̃ alienũ a ueritate existat neminẽ ignorare arbitror. Idẽ deniq; Mercurio accidere oportebit. Quo aũt illud sequi oporteat ĩ fi/gura declarabit̃. Circulus. a. b. c. zodiacũ repræsẽtet: ubi. a. sit principiũ arietis. b. locus capitis Veneris: ĩtelligat̃ q̃ linea medii motus Solis ad ipsũ. b. punctũ terminari dũ Venus ipsa in auge epicycli uera existit: quod quidem possibile est: cũ illi duo motus non habeant æquales resti tutiones. Si itaq; colligimus mediũ motũ solis qui est arcus. a. b. cũ argu/mento æq̃to ueneris: ut formã cano/nis seq̃mur licet nullũ sit ĩ hoc casu ta le argumẽtũ: nõ resultabit nisi arcus a. b. ex quo si detraxerim⁹ uerũ motũ capitis: nihil restabit: q̃obrẽ stella e/rit ĩ nodo capitis scilicet pũcto. b. De inde transacto aliq̃nto tempore pue niat linea medii motus solis ad pun/ctum. c. augem uidelicet eccentrici ut facilior sit processus: sitq; arcus. c. d. similis argumento æquato Veneris Si igitur ex toto arcu. a. c. d. qui constat ex medio solis motu & argu/



mento Veneris æquato ſubtraxerimus arcum.a.b.capitis: relinquetur arcus.b.d.æqualis diſtantiæ capitis ab ipſa ſtella iuxta mentem huius uiri. Ponatur itaq; ſtella ſecũdũ uerum eius motũ in puncto.f.ita ut arcus.c.f.ſit ſimilis æquationi argumenti: quæ quidem æquatio argumenti neceſſario ſemp minor eſt ipſo argumento æquato: ſitq; arcus.b.e. æqualis arcui.d.f. atq; idcirco per cõmunem animi conceptionem arcus f.b.e.æqualis arcui.b.f.d.oportebit igitur caput draconis nunc eſſe in puncto.e.quod prius erat in.b.puncto. Caput ergo draconis Veneris motum eſt contra ſignorum ordinem per arcum.b.e. differentiam ſcilicet argumenti æquati & æquationis eiuſdem argumenti: illud quidem in quarta parte anni ſolaris quod eſt inconueniens maximum. Sed ne totũ teramus diem in iſtis ſomniis anilibus: ad ſequens capitulũ propere tranſeamus. C. Ita faciundum cenſeo. Vidiſtin obſecro aliquas ad Arim compoſitas tabulas? V. Nullas unq̃ uidi: ſint ne autem an nõ incertus ſum. C. Mirandum tot fuiſſe compoſitores tabularũ (ut aſſerit ille) ad Arim & nuſq̃ earũ offendi exempla. V. Scio ego Ptolomæũ quidem ſuas inſtituiſſe tabulas ad Alexandriam: quæ non eſt ſub æquinoctiali ſita neq; media inter orientem & occidentem. Albategnium autẽ ad aratam ciuitatem: quemadmodum ex capitulo primo libri eius trahitur. Sed neq; Arata ipſa in medio mundi conſiſtit: cum ſit orientalior Alexandria decem gradibus: latitudinemq; habeat ab æquinoctiali graduũ triginta ſex. C. Si placet audiamus opinionẽ huius homĩis de uarietate altitudinum Solis in dorſo aſtrolabii & in facie eius acceptarũ: ac ĩſup de motu augis ei⁹. V. Audiatᷣ. C. Quãdiu inquit Sol fuerit in medietate eccẽtrici ſui quæ maxime remouetᷣ a terra ſcilicet ĩ lõgitudine lõgiori magis eleuatᷣ allidada ĩ dorſo aſtrolabii ĩ meridie q̃ grad⁹ ſolis ĩ ræti poſit⁹ ſup almicãtarath ĩ meridie. & e cõtra fit ĩ alia medietate eccẽtrici: & ĩ quacũq; die maior erit diſtãtia ĩter has duas altitudĩes: ĩ eadẽ erit Sol ĩ auge eccẽtrici ĩ medietate prima prædicta: qa quãta ẽ diſtãtia tãta ẽ eccẽtricitas: & ẽ duoꝝ graduũ fere. V. Deſine deſine oro tot huius hoĩs proferre nugas. Nõne ſi aſtrolabiũ rite factũ fuerit: pũctus eclipticæ rætis in quo Sol dicitᷣ eſſe tantũ ꝓportionaliter eleuatur in linea meridiana ĩſtrumẽti: quantũ & pũctus ille cæleſtis qui p prædictũ repreſẽtatᷣ in meridiano habitationis. C. Quid ni. V. Centrũ autẽ Solis ẽ ĩ linea recta quæ ex cẽtro mũdi ad præfatũ eclipticæ pũctũ extendi/

tur.C.Confiteor.V.Omnia uero pũcta eiuſdẽ lineæ ex cẽtro horizontis ad ſublime egrediẽtis:eandẽ ab ipſo horizonte ſortiunt᷑ altitudinẽ cẽtro tantũ horizontis ſecluſo.C.Certũ ẽ.Nã huiuſmodi linea unicũ complectit᷑ angulũ cum ſectione cõmuni horizontis & circuli altitudinis per ipſã memoratã lineã trãſeuntis.V.Centrũ ergo Solis eã quã pũctus eclipticæ cæleſtis ſub quo exiſtit habet altitudinẽ: atq; idcirco tãta eſt altitudo ſolis ĩ ueritate quantã oſtẽdit pũctus eclipticæ ĩſtrumẽtal᷑ in linea meridiana.C Nemo inficiabit᷑ Quecũq; enĩ uni & eidẽ ſũt æq̃lia ĩter ſe quoq; perhibẽt᷑ æq̃lia.V.Sed ĩ dorſo aſtrolabii uera deprændi tur Solis altitudo:niſi quãtũ diſtãtia cẽtroꝝ mũdi & ĩſtrumẽti:aut fractio radii ſolaris uariari poteſt:quoꝝ alter quidẽ ꝓ nihilo reputãt philoſophi ꝙ terra ad orbẽ Solis inſẽſibilẽ ferme habeat magnitudinẽ:alterũ uero ꝓpe inſenſibile eſſe certis oſtendit᷑ rationib᷒.Quãobrẽ duas Solis altitudines in dorſo & facie aſtrolabii deprænſas inſenſibiliter differre:atq; ideo tanq̃ æquales haberi oportebit.C.Aperte delirantẽ hũc hoĩem cõfutaſti.V.Quicquid igit᷑ litteræ ſuæ reliquũ eſt: corruere oportet.Nã applicatio Solis ad augẽ eccentrici ſui haud quaq̃ hoc cognoſcet᷑ indicio:neq; eccẽtricitas innoteſcet:neq; motus augis in anno percipiet᷑:quas res doctiſſimũ arabẽ Albategniũ hoc pacto animaduertiſſe ſomniat aſtrolabio uidelicet tricubitali uſũ ul᷑ maioris quãtitatis.Sed neſcio quẽ tumultũ audire uideor I obſecro uiſũ q̃d rei ſit:ego ĩterea ſi qua deĩceps notãda ſint q̃ntoci᷒ explorabo.C.Ibo ac lubẽs.V. Id pauculũ q̃d de aſpectib᷒ planetaꝝ ſonat tã & ſi parũ ĩ uſu ſit hodie recte tradit᷑:præſertĩ aſtro meridianũ obtinẽte:nã ſi ĩ horizõte fuerit ul᷑ p̱ aſcẽſiones obliquas ul᷑ p̱ deſcẽſiones cæteri aſtronomi inbẽt᷑ ĩueſtigari aſpect᷒.In locis aũt mediis p̱ aſcẽſiões ul᷑ deſcẽſiões ꝓmiſcuas id effi ciũt.Sed redit amicus noſter.Quid fit? quid agit᷑? C.Cõcurrit᷑ undiq; domini ſũt abituri.V.Et nos igit᷑ cœpto ludo modũ ſtatuẽtes extẽplo ſeq̃mur oportet.C.Quã cõmode tẽpus illud noſtris reſpõdebat colloquiis adeo ut nihil pene ĩtẽtatũ reliquerim᷒ cũ nihil etiã ãplius ocii ſupſit.V.Pleraq; remiſſius dicta ſilẽtio præteriuim᷒ nõ tãq̃ omnino ꝓbata:ſed ul᷑ fucile moderãda: ul᷑ nõ ſatis digna de quib᷒ ſermo haberetur: quod & eo cõſultius facere libuit ne aliena quælibet dicta auidius mordere q̃ ueritatẽ ĩquirere uideremur.Iã reliquũ ẽ ſuũ uterq; larẽ fœlix reviſat.Saluus igit᷑ ſis amicorũ dulciſſime.C.Et tu recte ualero.


THEORICAE NOVAE PLANETARVM GEORGII PVRBACHII, ASTRONOMI CELEBRATISS.

DE SOLE



Ol habet tres orbes a se iuicē omniquaq; diuisos atq; sibi cōtiguos Quorꝝ supræ/mus secūdū superficiē conuexā est mūdo cōcentricus: secūdū cōcauā aūt eccētricus Infimns uero secūdū cōcauā cōcentric⁹: sed secūdū conuexā eccētric⁹ Tertius aūt i horꝝ medio locatus tam secūdū super/ficiem suā conuexā q̄ concauā est mūdo eccentric⁹. Dicit̃ aūt mūdo cōcētric⁹ or/

THEORICA ORBIVM SOLIS.



bis cuius centrũ est centrꝫ mundi. Eccentricus uero cuius centrꝫ ẽ aliud a centro mundi. Duo itaq; primi sũt eccẽtrici secũdũ quid: & uocant᷑ orbes augem solis deferentes. Ad motum enim eorum aux solis uariat᷑. Tertius uero est eccentricus simpliciter: & uocatur orbis solẽ deferens: Ad motum enĩ eius corpus solare infixum sibi mouetur. Hi tres orbes duo centra tenent. Nam supficies conuexa supræmi & concaua infimi idẽ centrũ habẽt quod est mundi centrum. Vnde tota sphæra Solis sicut & alterius cuiuscunq; planetæ tota sphæra concentrica mundo dicitur esse. Sed superficies cõcaua supræmi atq; conuexa infimi una cũ utrisq; superficiebus medii unũ aliud quod centrum eccentrici dicitur habent.

Mouentur autẽ orbes deferentes augem Solis propriis motibus proportionalibus: ita q semper strictior pars superioris sit supra latiorem inferioris: & æque cito circueunt secũdũ mutationẽ motus octauæ sphæræ: de quo posterius dicendum erit. Poli tamen huius motus sunt eclipticæ octauæ sphæræ. Aux enim eccentrici Solem deferentis ĩ superficie eiusdem eclipticæ continue reuoluitur. Sed orbis solare corpus deferẽs motu proprio super suo centro scilicet eccentrici regulariter secundum successionem signorum quottidie. lix. minutis & octo secundis fere de partibus circũferentiæ per centrũ corporis solaris una reuolutione cõpleta descriptæ mouetur. Cuius motus poli a polis priorum orbiũ distant: & sũt termini axis illius orbis scilicet lineæ euntis per centrum eccentrici axi orbium augem deferentiũ æquidistantis. Ex his apparet q proprer motũ orbium augem deferentiũ quem habent uirtute mot⁹ octauæ sphære: axis orbis Solem deferentis cum centro circuli eccentrici atq; polis eiusdem circa axem orbium augem deferentium: paruorũ circulorum circũferentias describant secundum eccentricitatis quantitatem. Cum autem centrum solare ad motum orbis ipsum deferentis regulariter super centro eccẽtrici moueatur: necesse erit ut super quocunq; puncto alio irregulariter moueatur. Quare sol super centro mundi

in temporibus æqualibus inæquales anguloſ & de circũferentia zodia/ci inæquales arcus deſcribit.

THEORICA AXIVM ET POLORVM.




Circulus itaq; eccentricus uel egressæ cuspidis aut egredientis centri di/citur circulus cuius centrum est aliud a centro mundi ipsum tamen am/biens. Imaginamur autem in sole eccentricum circulum per lineam a centro eccentrici usq; ad centrum solare euntem super centro eccentrici regulariter motam una reuolutione facta describi: qui semper est pars superficiei eclipticæ orbis signorum octauæ sphæræ. Aux solis in prima significatione siue longitudo longior est punctus circunferentiæ ec/centrici maxime a centro mundi remotus. Et determinatur per lineam a centro mundi per centrum eccentrici utrinq; ductam: quæ linea augis dicitur. Oppositum augis siue longitudo propior est punctus circunferentiæ eccentrici maxime centro mundi propinquus: & semper augi diametraliter opponitur. Longitudo media est punctus circunferentiæ inter augem & oppositum augis. Et in sole determinatur per lineā quæ a centro mundi exiens facit rectos angulos cum augis linea. Talia duo tantum in eodem eccentrico reperiuntur.

Linea medii motus Solis est linea a centro mundi ad zodiacum ex/tenta lineæ a centro eccentrici ad centrum solare pertractæ æquidistans Hæ tamen duæ lineæ bis in anno sunt una ut cum Sol in auge eccentrici uel opposito fuerit. Sicut autem una earum super centro suo regulariter uoluitur ita alia etiam super suo. Nam semper cum differunt una cum augis linea æquales angulos faciunt. Medius motus Solis est arcus zodiaci ab ariete incipiens secundum signorum successionem usq; ad lineam medii motus computatus. Aux solis in secunda significatione est arcus zodiaci ab ariete secundum successionem signorum usq; ad augis lineam. Argumentum Solis est arcus zodiaci inter augis lineam & lineam medii motus Solis secundum signorum successionem. Hic sē per est similis arcui eccentrici inter augem eccētrici & centrū solis secūdū successionē cadēti. Ex illo patet rō ꝙ subtracta auge Solis ī secūda significatōe a solis motu medio aut ab eo cū toto circulo: argumētū Solis re/maneat. Linea ueri motus Solis est linea a centro mundi ꝑ centrū corporis solaris ad zodiacum extenta. Quam Sole in auge uel opposito existente eandem cum linea medii motus esse contingit. Verus mo/tus Solis est arcus a principio arietis usq; ad ueri motus lineam. Tantū autem existente Sole in auge uel opposito medius motus & uerus idem sunt Alibi nanq; semper differunt. Aequatio Solis est arcus zodiaci

inter lineas medii motus & ueri cadens. Hanc nullam esse accidit cum sol in auge uel opposito fuerit. Maior uero quæ potest esse Sole in longitudinibus mediis constituto contingit. In alis autem locis secundum argumenti uariationem crescit & decrescit. Quáto nanque uicinior Sol augi fuerit uel opposito augis tanto minor est. quanto uero uicinior est longitudinibus mediis tanto maior. Dum argumentum minus sex signis cõmunibus fuerit linea medii motus lineam ueri præcedit: quare tunc æquatio subtrahitur. Sed dum maius sex signis est fit econuerso: quare tunc æquatio medio motui coniugitur ut uerus motus Solis exeat.

THEORICA LINEARVM ET MOTVVM.



Theorica alia linearum & motuum solis sequitur.

DE LVNA.



Vna habet orbes quattuor & unam ſphærulam. Primo enim habet tres orbes ſicut ſol in figuratione diſpoſitos: ſcilicet duos eccentricos ſecundum 'quid: qui uocantur orbes augem eccentrici lunæ deferentes: & tertium eccentricum ſimpliciter in horum medio locatum qui deferẽs epicyclum appellatur. Deinde habet orbem mundo cõcẽtricum aggregatum ex tribus aliis ambientem: qui deferens caput draconis dicitur. Vltimo habet ſphærulam quæ uocatur epicyclus profun/

dati orbis tertii imersam in quo quidem epicyclo corpus lunare figit

THEORICA ORBIVM LVNAE.



Mouent aūt deferentes augem eccētrici contra sucessionem signorum simul regulariter super centro mūdi ultra motū diurnū in die naturali gradibus.xi.&.xii.minutis fere.Et axis motus istius axem zodiaci in centro mūdi intersecat:unde & poli eius a polis zodiaci declinant.& quantitas talis declinationis est quinq; graduū inuariabilis semper. Orbis uero epicyclū deferens mouetur secundū sucessionē signorū regulariter sup cētro mūdi:ita q omni die naturali tali motu centrū epicycli.xiii.gradus &.xi.minuta fere perambulet.Axis tamen huius motus per centrū huius orbis quod centrū eccentrici dicitur æquidistā

ter axi augē deferētiū mouet᷑. Vnde etiā poli motus istius a polis orbiū augē deferētiū distabūt secūdū eccētricitatis quātitatē. Ex istis sequit᷑ Primo: ꝙ qn̄uis eccētricus epicyclū deferēs sup axe atq; polis suis moueat᷑: nō tamē sup eisdē regulariter mouet᷑. Secūdo quanto epicyclus lunæ augi deferētis eū: uicinior fuerit tāto uelocius cētrꝫ eius mouetur: & quāto uicinior augis eiusdē opposito tanto tardius. Signatis eni aliquibus angulis æqualibꝰ sup cētro mūdi uersus augē & oppositū: q uersus augē est maiorē arcū eccētrici q̄ alter uersus oppositū cōplectit᷑.


Tertio cētrꝫ eccētrici lunæ circa centrꝫ mūdi & axis eiusdē orbis circa axem augē deferētiū: & poli eiusdē circa polos illorꝫ uoluūt᷑ regularit᷑: circūferētias cōtra successionē describēdo. Quarto aux eccētrici lunæ silr cōtra successionē signorꝫ progrediēdo regulariter mouebit᷑ & eclipticā præteribit: unde quādoq; in sup̄ficie eius: quādoq; uero ab ea aut uersus austrū aut uersus aquilonē repperiet᷑. Vn̄ fit ut etiā cētrꝫ eccētrici silr a sup̄ficie eclipticæ ī partes oppositas qn̄doq; recedat. Quīto nō sēp sup̄ficiæs ecliptice sup̄ficiē eccētrici p æqualia secabit. Cū eni aux eccētrici ī latitudine fuerit: maior portio sup̄ficiei eccētrici uersus augē erit. Sup̄ficies nāq; eccētrici p superficiē ecliptice ī diametro eclipticæ p cētrū mūdi trāseūte secat᷑. Vocat᷑ aūt sup̄ficies eccētrici circulus per lineā a cētro eccētrici usq; ad cētrꝫ epicycli ꝓtensā una reuolutiōe facta descriptus: Huiꝰ circūferētiæ partes aux & oppositū augis atq; lōgitudines mediæ sicut in sole uocāt᷑. Dicti uero orbes Lunæ ī motu suo talē habēt ad solis motū annexionē: ut semꝑ linea medii motꝰ solis sit ī medio int᷑ cētrꝫ epicycli Lunæ & augē eccētrici eiꝰ ul᷑ sil᷑ cū eis ul᷑ ī opposito amborꝫ sil᷑ existētiū Ita ꝙ ī oī media Solis & Lunæ cōiūctiōe cētrꝫ epicycli lunæ & linea medii motus solis & aux eccētrici Lunæ sint ī uno pūcto zodiaci secūdū lōgitudinē. Quare fit ut ī oībꝰ q̄draturis mediis eorꝫ: centrꝫ epicycli Lunæ sit ī opposito augis eccētrici sui: & ī oī oppositiōe media rursus in auge. Vn̄ patet ratio cur medio motu solis subtracto a medio lunæ: remaneat media eorꝫ elōgatio: & ea duplata centrū lunæ proueniat. Distātia nāq; lineæ medii motus Lunæ a linea medii motus Solis secūdū successionē signorꝫ media uocat᷑ eorꝫ elōgatio.

Distātia aūt lineæ medii motus Lunæ ab auge eccentrici secundū successionem: centrꝫ lunæ dicit᷑ uel lōgitudo duplex aut duplex interstitiū.

Patet etiam ꝙ in omni mense lunari centrū epicycli lunæ bis pertran/

sit orbes augē eccentrici deferentes. Sed orbis quartus cōcentricus caput draconis deferens mouet̃ sup axe zodiaci circa centrū mūdi regulariter contra successionē omni die naturali tribus minutis fere: secū tali motu cōtinue aggregatū ex tribus orbibus quos ambit, circūducēs. Vnde fit ut circūferētia eccentrici continue superficiē eclipticæ in aliis & aliis pūctis ei⁹ uersus occidētē intersecet. Sequit̃ etiā ut tali motu poli augē deferētiū circa polos zodiaci mouēdo piferias circulorū describāt

THEORICA AXIVM ET POLORVM.



Epicyclus aũt circa cẽtꝝ ſuũ corp⁹ lunare ſibi ĩfixũ ĩ ſupiori pte cõtra ſucceſſionẽ: ĩ ĩferiori ſecũdũ: deferẽdo mouet̃ ſup axe ſuo orthogonali ter ſup pifería eccentrici iacẽte: ita ꝙ ſupficies plana circũferẽtiæ epicy/ cli: quã cẽtꝝ corporis lunæ motu epicycli deſcribit: ĩ ſupficie plana eccẽ trici maneat nuſꝗ̃ ab eo declinans. Circũuoluit̃ tñ epicyclus taliter: ut ſup cẽtro ꝓprio atqꝫ axe irregularit̃ moueat̃. Sed hæc irregularitas ad uniformitatẽ reducit̃ iſtã: ut a pũcto augis epicycli mediæ quicũqꝫ ſit il le: quolibet die naturali tredecim grad⁹ & ꝗ̃ttuor minuta fere receden do regulariter elõget̃. Aux aũt media epicycli ẽ pũct⁹ circũferẽtiæ epi/ cycli quẽ oſtẽdit linea a pũcto diametraliter oppoſito cẽtro eccẽtrici in circulo puo p cẽtrũ epicycli ducta. Sed aux epicycli uera ẽ pũct⁹ eiuſdẽ circũferẽtiæ quẽ linea a cẽtro mũdi p cẽtꝝ epicycli ducta ĩdicat Hæ duæ auges un⁹ pũct⁹ ſũt: cũ cẽtꝝ epicycli ĩ auge deferẽtis uľ oppoſito fuerit. Alibi aũt ubicũqꝫ differũt. Ex iſtis patet ꝙ null⁹ idẽ pũct⁹ cõcauitatis ĩ qua epicyclus ſituat̃: cõtinue ſup auge epicycli media ſiue uera maneat. Nã talis pũct⁹ cõcauitatis qui cẽtro epicycli exiſtẽte ĩ auge deferẽtis uel oppoſito ſup auge media epicycli & uera fuerit: ſemp ubicũqꝫ cẽtꝝ epi cycli ſit p lineã ductã a cẽtro eccẽtrici p cẽtꝝ epicycli determinat̃: Talis autẽ pũct⁹ cẽtro epicycli alibi ꝗ̃ ĩ auge uľ oppoſito exiſtẽte: nõ ẽ ſup au gẽ mediã epicycli neqꝫ uerã: ĩmo tã aux uera ꝗ̃ media ſũt tũc ſub locis e/ iuſdẽ cõcauitatis aliis. Tres nãqꝫ lineæ prædicta pũcta oſtẽdẽtes ĩ cẽtro epicycli tũc ſeſe ſecabũt. Erit tamẽ ita ut aux uera ſemp dũ ab auge me/ dia differt ſit ĩter augẽ mediã & pũctũ cõcauitatis ſub quo aux uera dũ cẽtꝝ epicycli ĩ auge deferẽtis uľ oppoſito fuerit: eſſe ſolet. Quare ſeqt̃ ut tã aux media epicycli ꝗ̃ uera cõtinue uariẽtur. Infert̃ ex hoc etiã ꝙ re uolutio epicycli circa cẽtrũ ſuũ cẽtro epicycli p ſupiorẽ eccẽtrici medie tatẽ diſcurrẽte ſit uelocior: p inferiorẽ uero tardior. Linea itaqꝫ medii motus lunæ ẽ ꝗ̃ a cẽtro mũdi uſqꝫ ad zodiacũ p cẽtꝝ epicycli ꝓtrahit̃.


Medius mot⁹ lunæ ẽ arcus zodiaci ab arietis initio uſqꝫ ad dictũ locũ.

Centrũ lunæ patet ex dictis. Linea ueri loci ſiue ueri motus lunæ ẽ ꝗ̃ a cẽtro mũdi p cẽtꝝ corporis lunæ ad zodiacũ extendit̃. Verus mo/ tus lunæ eſt arcus zodiaci a principio arietis uſqꝫ ad dictam lineam.

Aequatio centri ẽ arcus epicycli augẽ ipſius uerã & mediã intercidẽs Hæc nulla ſit cẽtro epicycli in auge eccẽtrici uľ oppoſito exiſtẽte. ma/ xima uero cũ ipſũ fuerit modicũ infra longitudines medias deferentis.

Argumētū lunæ mediū est arcus epicycli ab auge epicycli media secundū motū centri corporis lunaris usq; ad idē centrū lunare computatus. Argumentū autē uerū ab auge uera usq; ad centrū corporis lunæ protenditur. Differentia igit' inter hæc argumenta quando differūt est cētri æquatio. Cū uero centrℷ epicycli lunæ minus sex signis fuerit: maius ē argumētū uerℷ medio. iō æquatio cētri argumēto medio adiicitur. Sed cū plus sex signis fuerit fit ecō uerso. q̄re tūc subtrahit' ad habendū uerū argumētū. Aeq̄tio argumēti ē arc⁹ zodiaci lineis medii mot⁹ & ueri īteriacēs. Hāc nullā eē cōtigit dū cētℷ corporis lunaris ī auge uera epicycli ul' opposito fuerit ubicūq; tūc sit centℷ epicycli. Maxima uero dū cētℷ epicycli ī opposito augis eccentrici fuerit & cū hoc Luna ī li-

THEORICA LINEARVM ET MOTVVM.




nea a cẽtro mũdi ad pʾferiã epicycli ducta cõtingẽter existẽte. Dũ aũt ue rũ argumẽtũ ẽ min⁹ sex signis: linea medii motus lineã ueri præcedit ĩ si gnorũ successione: iõ tũc æq̃tio argumẽti a medio motu subtrahit̃. Sed dũ pl⁹ sex signis fuerit fit ecõuerso: q̃re tũc cõiũgit̃ ut uer⁹ mot⁹ eueniat.

Diuersificantur tamẽ æquationes eorundem argumentorũ centro epi/ cycli ab auge deferentis ad oppositum eunte: continue nanq; maiorãt̃ secundum accessum centri epicycli ad centrũ mundi. Vnde fit ut æq̃tio/ nes singulorũ argumentorũ quæ contingunt centro epicycli in oppo/ sito augis eccentrici existẽte: sint maiores singulis æquationibus argu/ mentorum quæ fiunt dum centrum epicycli in auge eccẽtrici fuerit: rela tiuas suis relatiuis comparando. Excessus autem harũ super illas diuer/ sitates diametri circuli breuis nuncupantur. Linea uero a cẽtro mun/ di ad augem deferentis protracta longior est linea ab eodem centro ad oppositum augis extenta. Excessus autem illius super istam diuisus in lx. particulas æquales minuta proportionalia dicitur: & duplus est ad eccentricitatẽ. Linea nanq; medii motus Lunæ quæ dirigitur ad au gem eccentrici: nullam de istis particulis extra periferiã eccentrici tenet sed omnes intra. Ea uero quæ ad oppositum augis porrigitur omnes habet extra: nullam autem intra. Sed quæ ad alia loca eccentrici proten duntur aliquot de illis habent extra tantoq; plures quanto uicinius cen trum epicycli fuerit augis opposito: & tanto pauciores quanto uicini⁹ augi. Aequationes autem argumentorum quæ scriptæ sunt in tabu lis sunt quæ contingunt dum centrum epicycli in auge deferentis fuerit. sed illæ ut dictũ est minores sunt eis quæ centro epicycli alibi constituto fiunt. Cum igitur centrum epicycli alibi constituitur: quod fit dum cen trum Lunæ est aliquid: per centrũ accipiuntur in tabula minuta pro/ portionalia: & per argumentum uerum accipitur diuersitas diametri: quæ tota additur ad æquationem argumenti prius in tabula receptam si minuta ꝓportionalia. lx. fuerint. Sed si minus fuerint: nõ tota addit̃ sed aliqua eius portio talis q̃lia sũt minuta ꝓportionalia respectu. lx.

& tūc proueniet æquatio argumenti uera ad talem situm epicycli.


THEORICA MINVTOꝝ PROportioNALIVM LVNAE



SVperficies eccentrici Lunæ ut dictū est propter declinationé poloꝝ orbiū augem deferentiū supficié eclipticæ sup diametro mūdi iterſecat. Vnde una ei⁹ pars uerſus aqlonem: altera uerſus auſtrū ab ecliptica declinabit. Illa igit̃ interſectio circūferentiæ eccentrici Lunæ cum ſuperficie eclipticæ i qua cū cētrū epicycli fuerit uerſus aqloné ire icipit: caput draconis nuncupatur: cauda uero reliqua. Mouentur autem hæ interſectiones quottidie ultra motū diurnū uerſus occidété tribꝫ minutis fere: uirtute mot⁹ orbis aggregatū triū alioꝝ orbiū Lunæ ābiētis

Medius itaq; motus capitis draconis lunæ ē arcus zodiaci a principio Arietis cōtra successionē signorū usq; ad lineā a centro mūdi p sectionē capitis protractā numerat⁹. Verus aūt motus capitis ē arcus zodiaci ab arietis initio ad iá dictá lineā secūdū successionē signorū cóputatus. Silr dici potest de cauda. Ex his manifestū ē q subtracto medio motu capitis a duodecim signis uerus eius mot⁹ remanet. Vnde cōmune dictū dicēs Caput Lunæ tantū medio motu ire contra firmamentū quātū in ueritate uadat cū firmamēto: ita intelligit: medi⁹ motus capitis Lunæ cōtra successionē signorū i eū pūctū protēdit i quē uerus secūdū successionē signorū.

THEORICA DRACONIS LVNAE.





Vilibet triũ ſupioꝝ tres orbes habet a ſe diuiſos ſecũdũ imaginationẽ triũ orbiũ Solis: In orbe tamẽ medio qui eccentricus ſimpliciter exiſtit: quilibet habet epicyclum in quo ſicut inluna tactum eſt corpus planetæ figitur.

THEORICA TRIVM SVPERIORVN ET VENERIS




Orbes aũt auges deferẽtes uirtute motus octauæ ſphæræ ſup axe & polis eclipticæ mouent. Sed orbis epicyclũ deferẽs ſup axe ſuo axem zodiaci ſecante ſecũdũ ſucceſſionẽ ſignoꝝ mouet: & poli eius diſtãt a polis zodiaci diſtantia nõ æquali. Quare fit ut auges eoꝝ eccẽtricoꝝ nũq̃ eclipticã ptrãſeãt ſed ſemp ab ea uerſ⁹ aquilonẽ & oppoſita uerſ⁹ auſtꝝ.

maneāt: i a ut auges scilicet deferētiū epicyclos: similit̄ opposita atq̄ cē tra & poli deferētiū eccētricorꝝ circūferētias sup̄ficiei eclipticæ uirtute motus octauæ sphæræ describāt æquidistātes: uñ etiā i illis sup̄ficies eccē tricorꝝ a sup̄ficie eclipticæ inæq̄liter secabūt̄: atq̄ maiores portiōes uer sus augē minores uers⁹ oppositū relinquāt̄. Mot⁹ aūt epicyclū deferē tis sup cētro & polis suis difformis ē: Hæc tñ difformitas hāc regulari/tatis habet normā: ut centrꝝ epicycli sup quodā pūcto in linea augis tan tūa cētro hui⁹ orbis quātū hoc cētrꝝ a cētro mūdi distat elōgato regula/rit̄ moueat̄. Vñ & pūct⁹ ille cētrꝝ æquātis dicit̄. & circul⁹ sup eo ad quā titatē deferētis secū i eadē sup̄ficie imaginat⁹ eccētricus æquās appellat̄. Necessario igit̄ oppositū ei quod in Luna fiebat accidit in istis: ut scili/cet centrū epicycli quāto uicini⁹ augi deferētis fuerit tāto tardius: quan/to uero ꝓpīqui⁹ opposito tāto uelocius moueat̄. Epicyclus uero duos habet motus quorꝝ unus ē i lōgitudinē: alter i latitudinē. De secūdo di/cēdū erit postea. Mot⁹ aūt ei⁹ in lōgitudinē ē quo mouet̄ circa centrū suū corpus planetæ sibi infixū i parte sup̄iori secūdū successionē i infe/riori ecōtra deferendo: unde p oppositū in hoc se habet epicyclo Lunæ Axis hui⁹ mot⁹ trāsuersaliter sup circūferētia iacet axi eclipticæ æquidi/stans quādoq̄: quādoq̄ nō ut patebit: & ē sup cētro epicycli irregularis Hæc tñ irregularitas hāc habet regulā ut a pūcto augis epicycli mediæ q̄ cūq̄ sit corpus planetæ regulariter elonget̄. Similiter igit̄ in his sicut in luna sequi necesse ē ut cōtinue aux media epicycli simul & uera uariēt̄: atq̄ uelociorē eē motū reuolutionis epicycli sup cētro suo p medietatē deferētis sup̄iorē: tardiorē aūt p inferiorē. Habet aūt epicycli reuolutio mensurā illā ut semel præcise in tanto tēpore quātū ē a media cōiūctio ne Solis & istius planetæ ad proximā sequētē reuoluat̄: ita ut in omnī cōiūctione media tale cētrū corporis planetæ sit in auge media epicycli. unde & in omni oppositiōe tali media fiet in opposito augis epicycli. Fit igit̄ ut semp centrꝝ corporis planetæ tot gradibꝫ & minutis distet ab auge media epicycli: quot linea medii motus Solis distat a linea me dii mot⁹ planetæ. Ergo subtracto medio motu planetæ de medio moto Solis necesse ē ut argumētū mediū planetæ remaneat. Hinc uidet̄ acci/dere ut quāto cētrū epicycli planetæ tardi⁹ circuit: tanto epicyclus ei⁹ ue loci⁹ reuoluit̄. Nā ꝓpter tarditatē talē cōiūctio media mot⁹ solis cū eo citius reuertit̄. Medi⁹ etiā motus cuiuscūq̄ triū horꝝ aggregatus motui

eius ĩ suo epicyclo æq̃lis medio motui solis ĩ gradibꝰ & minutis existit.

THEORICA AXIVM ET POLORVM.




Aux aũt media epicycli ꝑ lineá a cẽtro æquátis ꝑ centrũ epicycli protracta ostẽdit. Sed aux uera ꝑ lineá a centro mundi ꝑ centrũ epicycli. Inter has secũdũ lõgitudinẽ epicycli nihil mediat cũ centrũ epicycli in auge deferentis uel opposito fuerit. Maxime uero differũt cũ fuerit ꝑpe lõgitudines medias deferentis: quæ ꝑ lineá a centro eccẽtrici deferẽtis super lineá augis orthogonaliter eductá determinant. Aux planetæ ĩ secũda significatione ẽ arcus zodiaci ab ariete usq; ad lineá augis. Linea medii motus planetæ uel epicycli est quæ a centro mũdi ad zodiacum ꝓtrahit lineæ exeũti a cẽtro æq̃ntis ad cẽtrũ epicycli æqdistás. Linea

ueri mot⁹ epicycli ē quæ exit a cētro mūdi p cētꝝ epicycli ad zodiacū.
Linea ueri loci uel motus planetæ ē quæ a centro mundi p cētrū corporis planetæ ad zodiacū ptendit Medius mot⁹ planetæ uel epicycli ē arcus zodiaci ab initio arietis secūdū successionē usq; ad lineā medii mot⁹ planetæ Verus aūt mot⁹ epicycli usq; ad lineā ueri mot⁹ epicycli Sed uerus motus planetæ usq; ad lineā ueri motus planetæ cōputatur Centꝝ medium planetæ est arcus zodiaci a linea augis ad lineā medii motus epicycli Cētrū uerū aut æq̄tū a linea augis usq; ad lineā ueri motus epicycli numerat. Aequatio cētri i zodiaco ē arcus zodiaci inter lineā medii motus epicycli & lineā ueri motus eiusdē: Hæc nulla ē centro epicycli i auge deferētis ul' opposito existēte. Maxima uero dū i lōgitudinib⁹ mediis fuerit. Cū aūt centꝝ mediū minus ē sex signis ipsū mai⁹ est uero: silr medius motus planetæ maior ē uero motu epicycli: q̄re tūc subtrahit æquatio cētri i zodiaco a centro medio & etiā a medio motu epicycli ut cētꝝ uerū, et uerus mot⁹ epicycli remaneāt. Oppositum uero cōtingit dū centꝝ mediū plus sex signis fuerit. Aeq̄tio cētri in epicyclo ē arcus epicycli augē mediā & uerā eius interiacēs. Hæc similit nulla est dū cētꝝ epicycli in auge deferētis ul' opposito fuerit: maxīa aūt in lōgitudine deferētis media. Qualis uero ē proportio æquatiōis centri i zodiaco ad totū zodiacū: ea est æquationis cētri in epicyclo ad totū epicyclū: eo q͞ ppter lineas æquidistātes angul⁹ uni⁹ æquetur angulo alterius Igitur una eadem in talibus accepta habetur & reliqua. Dum autem æq̄tio centri in zodiaco a centro medio minuitur ut uerum habeatur æquatio centri in epicyclo argumento medio pro uero habendo iungitur: & econuerso quando hæc adiungitur altera subtrahitur: alternatī enim pariter sese excedunt atq; exceduntur. Argumentum medium planetæ est arcus epicycli ab auge media secundum motum eius ad centrum corporis planetæ numeratus. Argumentum autem uerum ab auge uera computatur. Aequatio argumenti est arcus zodiaci lineas ueri loci planetæ & ueri loci epicycli iteriacēs. Hæc sicut i luna nulla ē dū cētꝝ corpis planetæ in auge uera epicycli ul' opposito fuerit. Maxīa uero dū corpus planetæ fuerit i linea a cētro mūdi ad circūferētiā epicycli cōtigēt educta cētro epicycli i opposito augis deferētis existēte. Cū uero argumētū æq̄tū min⁹ ē sex signis: linea ueri mot⁹ planetæ lineā ueri mot⁹ epicycli præcedit. Ideo tūc æq̄tio argumēti ad ueꝝ motū epicycli iungit ut ue/

nus mot⁹ planetæ eueniat: ecõuerso cõtingit dũ plus sex signis fuerit.

THEORICA LINEARVM ET MOTVVM



Accidit aũt æq̃tiones argumenti in istis sicut in luna ꝓpter accessum cẽtri epicycli ad cẽtrꝝ mũdi diuersificari. Vnde maiores sunt æq̃tiones singuloꝝ argumẽtoꝝ cẽtro epicycli existẽte ĩ opposito augis deferẽtis q̃ȝ eo existẽte ĩ lõgitudinibꝰ mediis eiusdẽ. Illic etiã maiores q̃ȝ eo existẽte ĩ auge deferẽtis: relatiuas semꝑ suis relatiuis cõparãdo. Excessus igit̃ æq̃tionũ argumẽtoꝝ quæ fiũt cẽtro epicycli existẽte ĩ lõgitudine media deferẽtis suꝑ æq̃tiones cõtingẽtes dũ ĩ auge fuerit: diuersitates diametri lõgiores siue ad lõgitudinẽ lõgiorẽ appellãt̃. Sed excessus eaꝝ quæ fiũt cẽtro epicycli existẽte in opposito augis constituto suꝑ cõtingẽtes in lõgitudie media: diuersitates diametri ꝓpiores siue ad lõgitudinẽ ꝓpiorẽ

nūcupant. Quia uero linea a cētro mūdi ad augē deferētis protensa lōgior ē q̄ linea ab eodē cētro ad lōgitudinē mediā deferētis educta: Excessus aūt istius sup istā in sexagita particlas æq̄les diuis⁹: minuta ꝑportionalia lōgiora siue ad lōgitudinē lōgiorē dicit᷑. Linea itaq̄ ueri mot⁹ epicycli dū ī auge deferētis fuerit habet oēs eas ītra deferētis ꝑiferiā. sed ī media lōgitudine nullā ītra: oēs tamē extra. In locis aūt ītermediis aliquot ītra & aliquot extra: & de tāto plures ītra quāto fuerit cētrꝫ epicycli deferētis augi uicini⁹. Similiter linea a cētro mūdi ad lōgitudinē deferētis mediam extensa longior est q̄ linea quæ ab eodem cētro ad oppositū augis deferentis ducitur. Excessus aūt huius super illam in æquas sexaginta partes diuisus: minuta proportionalia ad longitudinem propiorem siue propiora uocatur. Linea itaq̄ ueri motus epicycli dum in lōgitudine media fuerit nullā earꝫ habet extra deferētis ꝑiferiā: sed ī augis opposito oēs. In locis āt intermediis tāto plures extra quāto cētrꝫ epicycli augis opposito fuerit ꝑpiqui⁹. Aeq̄tiōes āt argumētorꝫ quæ scribūt᷑ ī tabul᷑ cōtigūt cētro epicycli ī longitudie deferētis media cōstituto.

Sed hæ ut dictū ē maiores sūt his quæ fiūt dū ī auge fuerit: minores uero aliis ī augis opposito cōtigētib͛. Cū igit᷑ cētrꝫ epicycli extra lōgitudinē mediā deferētis fuerit: ꝑ cētrꝫ uerꝫ cognoscūt᷑ minuta ꝑportionalia & ꝑ argumētū accipit᷑ diuersitas diametri: lōgior q̄dē si minuta proportionalia sint longiora: ꝑpior āt si ꝑpiora: cui⁹ diuersitatis pars proportional᷑ secūdū ꝑportionē minutorꝫ ꝑportionaliū ad sexagita cū æq̄tiōe argumēti ī tabula reꝑta addēda ē ul᷑ ab ea minuēda: addēda q̄dē si diuersitas ꝑpior fuerit: minuēda uero si lōgior: & ꝑueniet æq̄tio argumēti uera & æq̄ta ad talē sitū cētri epicycli.


DE VENERE.



Venus tres habet orbes cū epicyclo quo ad sitū atq̄ motū ī lōgitudinē ut aliq̄s sꝑiorū dispositos. Orbes nāq̄ augē deferētes sup axe zodiaci secundū motū octauæ sphæræ mouēt᷑: ita tñ ut aux eccētrici ei⁹ sub eo loco zodiaci sit sēper sub quo aux eccētrici Solis. Vnde habita auge Solis in secūda significatiōe habet᷑ & aux Veneris eadē. Orbis aūt epicycli deferēs duos habet mot⁹: Vnū quo ꝑcedit ī lōgitudinē uersus orietē regulariter sup cētro æquantis ut ī sꝑiorib͛. ita tñ ut in eo tēpore reuolutionē unā cētrū epicycli faciat quo præcise orbis Solem deferēs unā. Habet se nāq̄ Venus ad Solē ī hoc ut linea medii motus ei⁹

in eo loco zodiaci secũdũ longitudinẽ in quo linea medii motus Solis terminet: Vnde habito medio motu Solis habet̃ & medius Veneris. Semp igit̃ ẽ media eoꝶ cõiũctio. Fit aũt motꝰ huiꝰ deferẽtis i lõgitudinẽ sup axe eius imaginario: cuiꝰ poli accedũt & recedũt a polis zodiaci i utrãq; partẽ ꝑpter motũ aliũ eccẽtrici i latitudinẽ de quo post dicẽdũ erit. Quare nõ accidit ei quod supioribꝰ ut aux eccẽtrici eclipticã nõ trãseat: ueꝶ quãdoq; ad meridiẽ quãdoq; ad septẽtrionẽ declinat̃ ut patebit. Sed epicyclꝰ eiꝰ: motu duplici mouet̃ scilicet i lõgũ & i latũ. In lõgitudinẽ quidẽ sicut epicycli superiorũ semp tamẽ i decemnouẽ mensibus solaribus fere semel reuoluit̃: unde Solem in hoc sicut supiores nõ respicit. Terminoꝶ expositiões ꝑ omnia sũt hic sicut i tribꝰ supioribꝰ.

THEORICA MINVTORVM PROPORTIONALIVM.



DE MERCVRIO.




Ercurius habet orbes quinq; & epicyclũ: quorũ extremi duo sũt eccẽtrici secũdũ qd: Supficies naq; cõuexa supremi & cõcaua ĩfimi mũdo cõcẽtricæ sũt: cõcaua ãt supmi & cõuexa ĩfimi eccẽtricæ mũdo subiipsis tñ cõcentricæ: & cẽtrũ 'carũ tñ a'centro æq̃ntis quãtũ centrũ æquãtis a centro mũdi distat. Et ipsũ ẽ cẽtrũ parui circuli quẽ centrũ deferẽtis ut uidebit' describit. Vocant' aũt deferẽtes augẽ æq̃ntis & mouẽt' ad motũ octauæ sphæræ sup axe zodiaci. Inter hos extrẽos sũt alii duo sil'r difformis spissitudis ĩtra se q̃ntũ orbẽ scilicet epicyclũ deferẽtẽ locãtes. Supficies naq; cõuexa supioris & cõcaua ĩferioris idẽ cũ puo circ'lo cẽtrũ habẽt. Sed cõcaua supioris & cõuexa ĩferioris una cũ utrisq; supficieb' q̃nti orbis aliud cẽtrũ habẽt mobile qd' cẽtrũ deferẽtis dicit'

THEORICA OBBIVM MERCVRII.



Hi duo orbes augẽ eccẽtrici deferẽtes uocãt᷑: & mouentur regulariter super cẽtro parui circuli cõtra sucessionẽ signorũ tali uelocitate ut præcise in tempore quo linea medii motus solis unã facit reuolutionem & orbes isti in partẽ oppositã similiter unã pficiãt. Et fit motus iste super axe quãdoq; æquidistãte axi zodiaci & per centrũ parui circuli trãseũte. Motũ aũt hoꝝ orbiũ sequit᷑ ut cẽtrũ orbis deferẽtis epicyclũ circũferentiã quãdã parui circuli similiter in tãto tẽpore regulariter describat. Huius uero semidiameter ẽ tãta quãta ẽ distantia qua centrũ æquantis a cẽtro mũdi distat: Unde hæc circũferẽtia p cẽtrũ æquãtis ibit. Sed orbis quĩtus epicyclũ deferẽs i[n]tra duos secũdos locat᷒ mouet᷑ i lõgitudi-

THEORICA AXIVM ET POLORVM.




nē ſecūdū ſucceſſionē ſignorū centrū epicycli deferēdo regulariter ſup cētro æquātis: quod quidē in medio ē inter centrū mūdi & cētrū parui circuli. Hāc tamē habet uelocitatē ut centrū epicycli in eo tēpore ſemel reuol uat in quo linea medii motus Solis unā cōplet reuolutionē: Ha/ bet ſe nāq; Mercurius in hoc ad Solē ut Venus. Fit enī ſemp ut medius motus Solis ſit etiā medius motus horū duorū. Ex his igit & dictis ſu perius manifeſtū ē ſingulos ſex planetas in motibꝫ eoꝝ aliquid cū Sole cōmunicare: motūq; illius quaſi quoddā cōmune ſpeculū & mēſuræ re gulā eſſe motibꝫ illoꝝ. Huius aūt orbis epicyclū deferētis motus fit ſup axe imaginario cuius extremitates ſicut apparuit ī Venere ꝑpter motū aliū quē habet in latitudinē ſimiliter accedūt ad polos zodiaci & ab eis recedūt: axis tñ iſte ſecūdū ſe totū mobilis ē ſecūdū motū centri deferen tis iu circulo paruo. Patet itaq; ſicut in Luna: centrū epicycli bis ī men ſe lunari deferētes augē eccētrici ptrāſit: ita ī mercurio cētrū epicycli bis in anno deferētes augē epicyclū deferētis pagrare: nō tñ ē in auge deferē tis niſi ſemel. Aux enī deferētis Mercurii nō circulariter mouet circu/ lares reuolutiones cōplēdo ſicut in Lunæ cōtingit. Sed ꝑpter motū cē tri deferētis in paruo circulo nūc ſecūdū ſucceſſionē ſignoꝝ nūc cōtra ꝑcedit. Habet nāq; limites certos quos egredi ab auge æquātis recedēdo nō ualet: ſed cōtinue ſub arcu zodiaci a duabꝫ lineis circulū paruū con tingētibꝫ a centro mūdi ad zodiacū ductis cōprehēſo: aſcēdēdo & de/ ſcendēdo uoluit atq; reuoluit: Quotienſcūq; enī centrū epicycli fuerit ī auge deferētis ipſū etiā motuū ſimilitudīe erit in auge æquātis & cētrū deferētis in auge ſui parui circuli. Quare tūc cētꝝ epicycli ī maxima re/ motiōe a centro mūdi fiet: & cētrū deferētis ī duplo plus diſtabit a cen/ tro æq̄ntis q̄ꝫ cētrū æquātis a cētro mūdi. Deinde uero cū centrū deferē/ tis p motū orbiū duoꝝ ſecūdoꝝ mouebit ab auge ſui circuli uerſꝰ occi/ dentē: cētꝝ epicycli p motū deferētis mouebit ab auge æq̄ntis tantūdē uerſus oriētē. Vnde cētrū deferētis ad cētrū mūdi īcipit accedere & aux deferētis ab auge æquātis uerſus occidētē recedit cōtinue donec cētrū de ferentis fuerit ī linea contingēte circulū occidentali. Id āt fit cū ab auge parui circuli quattuor ſignis diſtiterit: & tūc ſilr centꝝ epicycli ab auge æquantis uerſus orientem diſtabit quattuor ſignis. Aux autem deferen tis erit in maxima ſua ab æquantis auge uerſus occidentem remotione. atq; in hoc ſitu centrum epicycli fiet in maxima ſua quam ſolet habere

ad centrũ mũdi accessione: non tamen tunc erit in opposito augis defe rentis: nec in linea ad paruum circulum contingenter per centrum mũ/ di producta. Post enĩ descẽdente centro deferentis uersus centrũ æquã/ tis aux deferẽtis incipit reaccedere uersus augẽ æquãtis: centrũ aũt epicy cli proportionaliter descendet in altera medietate uersus oppositũ au/ gis æquantis: Vnde magis remouebitur a centro mundi: nec perueniet ad oppositũ augis deferentis nisi cũ ipsũ fuerit in opposito augis æquã/ tis. Id aũt fiet cũ centrũ deferentis perueniet in centrũ æquantis & tunc aux deferentis erit etiã cũ auge æquãtis: & tam deferens q̃ æquãs ex quo æquales in quãtitate cõstituũt: erũt circulus unus: & plus distabit a cen tro mũdi centrũ epicycli tũc: q̃ distabat cũ erat in situ ab auge æquantis p signa quattuor. Hinc aũt cũ centrũ deferentis recedet a centro æquan tis in suo circulo ascendendo: centrum epicycli recedet ab opposito au gis æquantis & deferentis & continue magis centro mũdi propinqua/ bit. Sed aux deferentis remouebit ab auge æquantis uersus orientẽ cõ/ tinue donec perueniet centrũ deferentis ad lineã cõtingentẽ circulum par uũ a parte oriẽtis: qui pũctus cõtactus etiã ab auge parui circuli uersus oriẽtẽ q̃ttuor signis distat. Tũc enĩ aux deferẽtis fiet ĩ maxima remotio ne ab æquãtis auge uersus orientẽ: & cẽtrũ epicycli iterũ erit in maxima eius ad terrã accessione quã habere solet: nõ tñ erit ĩ opposito augis defe rentis. Ab hoc uero loco ascendente centro deferentis uersus augẽ par/ ui circuli aux deferentis cõtinue reuertetur ad augem æquãtis: & centrũ epicycli magis elongabitur a centro mundi uersus augem æquantis ascẽ dendo usq̃ dum centrum deferentis ad augem parui circuli perueniet. Nam tunc aux deferentis erit cum auge æquantis: & centrum epicycli si militer tã in auge deferentis q̃ æquantis. Vnde iterum erit in maxima re motione a centro mundi sicut primo: rursusq̃ deinde similis ut iam di/ cta est mutatio redibit. Ex his primo uidetur in anno tantum semel centrum deferentis esse idem cum centro æquantis: alias autem semper deferentis centrũ a centro mũdi distantius esse q̃ æquãtis centrũ. Qua/ re sequit cõtrariũ ei quod ĩ superioribus & uenere accidit: ut scilicet quãto centrũ epicycli uicinius augi æquantis fuerit: tanto uelocius: & quan/ to uicinius eius opposito tanto tardius moueatur. Secũdo licet cen/ trũ epicycli tantũ semel in maxima remotione fuerit in anno a centro mũdi: bis tamẽ in maxima ppinq̃tiõe quã habere solet ipsũ eẽ contin/

git. Similiter q̄nq̄; bis in anno sit in maxima accessione: tamē tātū se/mel i āno i opposito augis deferētis repperit᷑. Tertio necesse ē ut oppositū augis deferētis cētro epicycli extra augē æquātis aut oppositū eius existēte inter centrū epicycli & oppositū augis æquātis semp uerset᷑: aliquādo quidē uersus cētrū epicycli aliquādo ab eo tā præcedēdo q̄; sequēdo sese deuoluens. Quarto sicut aux deferēs ad certos limites utriq; ab auge æquātis remouet᷑ ita etiā se habet oppositū augis deferētis respectu oppositi augis æquātis: maior tamē ē arcus huiusmodi motus augis deferētis q̄; arcus motus oppositi ei⁹. Vnde motus unius motu alteri⁹ uelocior erit. Quinto & si centrū epicycli cōtingat esse i pūcto deferētis a cētro mūdi remotissimo nunq̄; tamē ē i pūcto deferētis quē cētro mūdi uicinissimū esse cōtingit. Nā dū centꝝ epicycli fuerit i auge deferētis

THEORICA MOTVVM.




talis est habitudo deferentis ut oppositū augis eius sit centro mundi ita uicinū q in quacūq alia deferentis quā habet habitudine: nullus punctus eius uicinior aut tam uicinus centro mundi repperiat. In tali autē puncto quem uicinissimū esse contingit: centrū epicycli nō est eo tempore quo propinquissimū eū esse contingit: sed i eius opposito. Sexto ex dictis apparet manifeste centrū epicycli Mercurii propter motus supra dictos nō (ut in aliis planetis fit) circūferētiā deferentis circularē sed potius figuræ habentis similitudinē cū plana ouali periferiā describere.
Epicyclus uero in longitudinē mouet sicut epicyclus Veneris reuolutionē tñ unā in quattuor mensibus solaribus fere sup centro suo perficit.

Termini autem tabularum hic sicut in superioribus declarantur: nisi q diuersitas in minutis porportionalibus aliqualis existit. Aequationes enim argumentorū Mercurii quæ in tabulis scribuntur sunt quæ contingunt dum centrum epicycli fuerit in mediocri eius a terra remotione. Hæc autem accidit centro epicycli ab auge æquātis per duo signa quattuor gradus & .xxx. minuta distante: sed in aliis planetis centro epicycli in longitudine media deferentis existente fiebat. Item minima centri epicycli Mercurii a centro mundi remotio fit dum centrum epicycli ab auge æquantis eius quattuor signis distiterit: Hæc autē in aliis centro epicycli in opposito augis æquantis existente contingebat. Minuta igit proportionalia longiora sunt excessus remotionis centri epicycli maximæ super mediocrem eius remotionem in sexaginta partes æquales diuisus. Sed minuta proportionalia propiora dicuntur excessus remotionis centri epicycli mediocris super remotionem eius minimam: similiter in .lx. particulas æquales diuisus. Et secundum hoc duplex diuersitas diametri diffiniatur. Quia tamen a loco maximæ accessionis centri epicycli uersus oppositum augis æquātis minuta proportionalia propiora minuunt quæ prius a loco mediocris remotionis usq ad locū maxime accessionis continue augebant: ideo dicit in mercurio minuta proportionalia triplicit se habere: Quæ tñ in Venere: atq Tribꝫ superioribus dupliciter: In luna uero simpliciter ut manifeste patuit: se

habere solent.

THEORICA MINVTORVM PROPORTIONALIVM.




DE PASSIONIBVS PLANETARVM DIVERSIS.

PLaneta dicit̃ directus quando linea ueri mot⁹ eius secũ/dũ successionẽ signo℞ ꝓgredit̃. Retrogradus aũt cõtra. Stationarius uero dũ hæc linea stare uidet̃. Statio pri/ma in prima significatione ẽ punct⁹ epicycli in quo dum fuerit planeta incipit retrogradari Statio secũda in pri ma significatione est punct⁹ epicycli in quo dum planeta fuerit incipit dirigi. Hæ uero stationes existente centro epicycli in eo/dem situ deferentis utrinq; ab opposito augis ueræ epicycli æquidistant.

Statio prima in secũda significatione, ẽ arcus epicycli augẽ uerã epicy

cli & pũctũ statiõis primæ iteriacẽs. Statio secũda i secũda significaõe ẽ arc⁹ epicycli ab auge uera p̃ oppositũ ei⁹ usq; ad pũctũ stationis secũdæ. Arc⁹ directiõis ẽ arc⁹ epicycli a statiõe secũda p̃ augẽ usq; ad stationẽ primã i prima significatiõe. Arc⁹ aũt retrogradationis ẽ arc⁹ epicycli a pũcto statiõis primæ p̃ oppositũ augis ad pũctũ statiõis secũdæ. Hi uero arc⁹ maiorãt & minorãt ꝑpt̃ p̃dictoꝝ pũctoꝝ uariationẽ: Quãto enĩ cẽtꝝ epicycli uicini⁹ fuerit opposito augis æq̃ntis tãto pũcta stationũ uiciniora sũt opposito ueræ augis epicycli. Hoc idẽ tãto magis euenit q̃nto planeta maiorẽ epicyclũ & motũ argumenti tardiorẽ habet. Vñ & tp̃a directionũ aut retrogradationũ i q̃ntitatibꝫ suis uariãt. Exit enĩ tẽpus tale cũ arc⁹ eius p̃ motũ argumẽti planetæ in uno die diuidit̃.


THEORICA STATIONVM ET REGRESSIONVM:



Ex dictis sequitur si statio prima subtrahitur a toto circulo remanet statio secũda: sed subtracta statione prima a statione secũda arcus retrogradationis habebitᷣ. Quæ si de toto circulo demitᷣ: manet arcus directionis. Lunæ tñ quanq̃ epicyclũ habeat: sicut aliis quinq;: statio siue retrogradatio non accidit ꝓpter uelocitatẽ motus centri epicycli eius: Semꝑ eni centrũ epicycli maiorẽ arcũ zodiaci quolibet die secundũ successionẽ describit q̃ sit arcus zodiaci correspondens arcui epicycli: quẽ centrũ corporis Lunæ qnocũq; die secũdũ successionẽ. in sũpiori parte epicycli ꝑambulat. Verũtamẽ eã dum in sũpiori medietate epicycli fuerit tardã: ĩ inferiori uero uelocẽ cursu fieri necesse ẽ. Tardi dicuntᷣ planetæ & minuti cursu cũ linea ueri motus eorũ tardius q̃ linea medii motus: aut contra successionẽ incedit. Veloces uero & aucti cursu quãdo uelocius secundũ successionẽ mouentᷣ. Aucti numero quando æquatio additᷣ suꝑ mediũ motũ. Minuti uero quando minuitᷣ. Aucti lumine cum recedunt a Sole uel Sol ab eis. Minuti uero lumine cũ accedunt ad Solem uel Sol ad eos. Orientales & matutini cum oriuntᷣ ante solem. Occidentales uero & uespertini cũ occidunt post solem. Orientes ortu matutino sunt qui de subradiis exeuntes propter remotionem eorũ a Sole uel solis ab eis mane ante ortũ solis apparere incipiunt. Orientes ortu uespertino sunt qui de sub radiis exeuntes propter remotionẽ eorum a Sole uesperi post solis occasum apparere incipiunt. Occidentes occasu matutino sunt qui radios Solis ingrediuntᷣ & propter accessnm eorũ ad Solẽ mane occultari incipiũt. Occidentes autẽ occasu uespertino sunt qui solis radios ingrediuntᷣ & propter accessum eoꝝ ad Solẽ aut Solis ad eos uesperi post Solis occasum incipiũt occultari Tres superiores nõ occidũt occasu matutino: nec oriuntᷣ ortu uespertino: sed Venus & Mercurius atq; Luna. Triplex aũt est ratio cur Luna post cõiunctionẽ suã cũ sole quãdoq; citius quãdoq; tardius appareat: Vna declinatio siue obliquitas zodiaci & horizõtis. Nã si fit cõiũctio sub ecliptica ĩ medietate tamẽ a fine Sagictarii ad finem geminoꝝ: tunc cũ sol occidẽdo ĩ horizonte fuerit: plures gradus erũt in circulo reuolutionis Lunæ a luna ad horizontẽ q̃ de zodiaco a luna ad solẽ. Vnde in climatibꝰ septẽtrionalibꝰ citiꝰ uideri poterit q̃ si fuisset ĩ altera zodiaci medietate. Secũda ẽ latitudo lunæ ab ecliptica. Nam si post cõiũctionẽ mouetᷣ in latitudinẽ septẽtrionalẽ iteꝝ citiꝰ uideri poterit q̃ si moueretᷣ


in latitudinē meridianā. Tertia uero ē uelocitas motus Lunæ ueri Nā si uelox ē motu citi⁹ apparet q̄ꝫ si tarda foret. Fit igit̄ quandoꝗ ut oēs hæ causæ cōcurrāt: tūc eodē die & uetus & noua apparet: quādoꝗ aut duæ tātū: tūc secūda die pōt cōiūctionē: q̄ndoꝗ uero una sola: tūc ī tertio die uidet̄: q̄ndoꝗ etiā oīum eoꝝ oppositū accidit: tūc q̄rto die cōtigit eam (apparere.

THEORICA cōiunctiōis & oppositiōis LVMINARIVM



Aſpectus planetaꝝ trinus ẽ cũ ꝑ tertiá partẽ. Quadrat⁹ cũ ꝑ quartá Sextilis uero cũ ꝑ ſextá eclipticæ partẽ eoꝝ uera loca diſtiterint. Cõiũctio media planetaꝝ fit qñ lineæ medioꝝ motuũ eoꝝ ſecundũ lõgitudinẽ zodiaci cõiungũť. Vera aũt qñ lineæ uerorũ motuũ ſic cõueniũt. Sed uiſibilis qñ lineæ ab oculo noſtro per centra corpoꝝ ſuoꝝ eductæ cõiungũť in unũ. Similiter de oppoſitione media & uera dicẽdũ. Et attẽdũť hæc ĩ eiſdẽ ſigno gradu & minuto. Ex iſto patet ſepe cõiũctionẽ uerá ẽẽ qñ media præceſſit aut futura ẽ: ſæpe etiá uerá eſſe qñ tñ uiſibilis nõ ẽ: aliqñ etiá uiſibilẽ uerá ꝓcedere: qñdoq̃ uero ſequi. Loc⁹ uer⁹ aſtri ẽ pũctus firmamẽti lineá a cẽtro mũdi ꝑ cẽtrũ aſtri ꝓtẽtá terminás. Loc⁹ aũt uiſ⁹ ſiue apparens ꝑ lineá ab ocło ꝑ cẽtꝝ aſtri ꝓtractá determinať.

THEORICA ASPECTVVM ET RADIORVM




Diuersitas aspectus astri est arcus circuli magni per zenith & uerũ lo/
cum astri transeuntis inter locum astri uerũ & apparentem interceptus
Inde manifestũ est quanto uicinius astrũ centro mũdi & horizonti fue
rit tanto maiorẽ habere diuersitatẽ aspectus. Hanc quoq; maximã ĩ Lu
na repperiri. In Marte uero non bene perceptibilem. Habet nanq; semi
diameter terræ sensibilem ad semidiametrum orbis lunæ: non multum
autem perceptibilem ad semidiametrum orbis Martis magnitudinem

Diuersitas aspectus astri in longitudine est arcus eclipticæ inter duos
circulos magnos interceptus: quorũ unus per polos eclipticæ & locum
uerũ pcedit: alter aũt p eosdẽ polos & locũ astri uisũ. Diuersitas astri in
latitudine est arcus circuli magni p polos zodiaci transeuntis & locum
astri uerũ: interceptus inter duos circulos eclipticæ æquidistantes quorũ
unus p locũ uerũ astri progredit alter per locũ eius uisum. Id autẽ quod
de his circulis æquidistantibus eclipticæ intercipit inter circulos ma/
gnos per polos zodiaci transeuntes simile est diuersitati aspectus in
longitudine: unde diuersitas aspectus quasi linea diagonalis quadran/
guli cuius latera sunt diuersitates aspectus in longitudine & latitudine:

Diuersitas aspectus Lunæ ad Solem est excessus diuersitatis aspectus
lunæ super diuersitatem aspectus solis. Si uera coniunctio luminarium
fuerit inter gradum eclipticæ ascendentem & nonagesimum eius ab a/
scendente: uisibilis eorũ coniunctio præcessit uerã. Si autẽ inter eundẽ
nonagesimũ & gradũ occidentẽ fuerit: uisibilis uerã sequet. Sed si ĩ eo/
dẽ gradu nonagesimo acciderit tũc simul uisibilis cõiũctio cũ uera fiet
nullaq; diuersitas aspect⁹ ĩ lõgitudĩe cõtinget. Nonagesim⁹ nãq; grad⁹
eclipicæ ab scẽdẽte semp ẽ ĩ circulo p zenith & polos zodiaci pcedente

Latitudo lunæ uisa est arcus circuli magni p polos zodiaci & locũ lunæ uerũ aut uisum transeuntis inter eclipticam & circulum sibi æquidistantem incedentem per locum uisum interceptus.


THEORICA DIVERSITATIS ASPECTVS ET CONIVNCTIONIS VISIBILIS.



Digiti ecliptici dicuntur duodecimæ diametri corporis solaris aut lunaris eclipsatæ. Minuta casus ĩ eclipsi lunari sunt minuta zodiaci quæ luna perambulat Solem superando a principio eclipsis usq; ad mediũ eius: si particularis fuerit: aut uniuersalis sine mora: uel a principio usq; ad initium totalis obscurationis si uniuersalis cũ mora fuerit.

Minuta moræ dimidiæ ſunt minuta zodiaci quæ luna Solem ſuperando a principio totalis obſcurationis uſqꝫ ad mediū eius perambulat.


THEORICA ECLIPSIS LVNARIS.



Minuta caſus in eclipſi ſolari ſunt minuta quæ luna a pricipio eclipſis uſqꝫ ad mediū ſupatiōe ſua ultra Solem pficit. Quare ſi minuta iſta p ſuperationē lunæ in hora diuidāť temp⁹ quo ea ptrāſit eueniet. Diameť Solis uiſualis ī auge eccētrici .xxxi. minuta chordat: ſed ī oppoſito trigita qttuor: ſemp tñ quæ ē pportio quinqꝫ ad ſexagintaſex ea ē motus Solis ī hora ad diametrū ſuā uiſualē: lunæ uero ī auge eccētrici & epicycli: xxix. minuta ſed ī auge eccētrici & oppoſito augis epicycli: trigintaſex: ſemp tñ quæ ē pportio qdraginta octo ad qdragita ſeptē ea ē mot⁹ lunæ ī hora ad diametrū ſuā uiſualem: Quare ſeqť ꝙ poſſibile ſit ut etiam

quãdoq3 solis eclipsis accidat uniuersalis: nunq3 tñ naturaliter apparere potest ratione diuersitatis aspectus ut totus sol toti terre uniuersaliter eclipsetur. Dũ Sol in auge eccentrici fuerit diameter umbræ in loco trã-situs lunæ se habet ad diametrũ lunæ uisualẽ sicut tredecim ad quinq3. Excessus autem eius dum sol est in auge super diametrum eius dum Sol alibi fuerit in eccentrico decuplus est ad differentiam motuum Solis in hora quibus dum est in auge atq3 illo loco alio mouetur.

THEORICA ECLIPSIS SOLARIS.



DE DECLINATIONE ET LATITVDINE.

Declinatio stellæ ē distantia ipsius ab æquinoctiali: & cōputat̃ in circulo trāseunte p̄ polos mūdi & uerū locū stellæ quē linea a cētro mūdi p̄ centrꝫ corporis stellæ ducta designat. Latitudo aūt stellæ ē distātia ei⁹ ab ecliptica & cōputat̃ in circulo p̄ polos eclipticæ & uerū locum stellæ modo dictum eunte. Ex his & de Sole supra dictis manifestum est Solem nullam habere latitudinem: licet declinationem habeat: eo q̄ semp̄ sup̄ficies deferentis eius in sup̄ficie eclipticæ p̄maneat.

THEORICA DECLINATIONIS ET LATITVDINIS



Luna aũt & ali quinq; latitudinẽ habẽt. In luna nãq; propter declina/ tionẽ axis augẽ mouentiũ ab axe zodiaci sup̃ficies plana deferẽtis eius semp̃ sup̃ficiẽ planã eclipticæ secat sup̃ diametro mũdi ab eadẽ ĩ partes oppositas declinando quantitate suæ maximæ declinationis semp̃ eadẽ inuariabiliter p̃manẽte. Sup̃ficies nãq; plana epicycli eius nunq̃ a sup/ ficie deferentis recedet. Quap̃pter nõ habet nisi latitudinẽ unã scilicet quæ p̃pter declinationẽ deferẽtis ab ecliptica cõtingit. Hæc aũt cogno/ scit̃ p̃ argumẽtũ latitudinis Lunæ uerũ. Vnde argumentũ latitudinis lu- næ mediũ ẽ arcus zodiaci inter lineã ueri motus capitis draconis & li/ neã medii motus lunæ secũdũ successionẽ signoꝝ acceptus. Argumen tũ aũt latitudis lunæ uerũ est arcus zodiaci a linea ueri motus capitis ad lineã ueri motus lunæ numeratus secũdũ successionẽ. Subtracto igit̃ ue ro motu capitis de uero loco lunæ: aut addito uero motu lunæ cũ medi/ o motu capitis argumentũ latitudinis lunæ uerũ p̃dibit. Tres uero su/ piores duplicẽ habent latitudinẽ: unã quæ cõtingit p̃pter declinationẽ sup̃ficiei deferẽtis a superficie eclipticæ in oppositas partes sicut in luna semp̃ quãtitate maxima inuariabili manẽte. Intersectiones tamen defe/ rentiũ cũ ecliptica sup̃ diametro mũdi quæ etiã caput & cauda dicunt̃ nõ mouent̃ sicut in luna cõtra successionẽ signoꝝ sed sicut dictũ ẽ secũ dũ motũ octauæ sphæræ: ita ut auges deferẽtiũ illoꝝ semp̃ circũferẽtias eclipticæ æquidistãtes a parte septẽtrionis describãt Quãq; aũt auges il/ loꝝ sẽp̃ sint septẽtrionales nõ tamẽ in omnibꝰ tribꝰ sũt pũcta maxima rũ latitudinũ deferentium ab ecliptica: immo solũ in Marte sic ẽ ut aux deferentis maxime declinet ad aquilonẽ ab ecliptica. Sed in saturno ta/ lis punctus distat ante augẽ sui deferentis scilicet cõtra successionẽ quin/ quagiuta gradibus. In Ioue uero post augem scilicet secundum succes/ sionem gradibus uiginti. Latitudinem autẽ aliam ex parte superfi/ ciei planæ epicycli quandoq; a superficie deferentis plana declinantis. Mouet̃ enĩ epicyclꝰ in latitudinẽ respectu augis ueræ sup̃ axe suo centꝝ eius & lõgitudines medias trãseũtes: talit̃ tñ ut cũ centrũ epicycli fuerit ĩ nodo capitis aut caudæ: aux uera & oppositũ epicycli directe sint in su perficie deferentis & superficies epicycli in superficie eclipticæ. Postq̃ autem recedit a nodo: diameter augium epicycli declinare incipit a su/ perficie deferentis: ita q̃ oppositũ augis ueræ epicycli remoueri incipit


sũpficie deferentis uersus eã partẽ ad quã medietas deferentis per quam tũc moueri ceatrũ epicycli incipit ab ecliptica:& aux uera epicycli tantundẽ ad partẽ oppositã. Et sic cõtinue remouent̃ aux & oppositũ augis epicycli a sũpficie deferentis donec centrũ epicycli pueniet ad punctũ deferentis maxime ab ecliptica declinantẽ:scilicet inter duos nodos mediũ:ibi tũc maxime epicycli sũpficies cũ dicta diametro a deferente declinat. Ab hoc aũt loco successiue declinatio epicycli a deferẽte minorat̃ usq̧quo centrũ epicycli peruenit ad nodũ aliũ:in quo iterũ tota superficies epicycli erit in sũpficie eclipticæ: & diameter augiũ uerarũ in superficie deferentis Vnde axis sup quo fit motus iste in latitudinẽ semp dũ centrũ epicycli extra nodos fuerit sũpficiei eclipticæ æquidistabit. Ex his apparet primo q̄ axis ut dictũ ẽ superius sup quo fit reuolutio epicycli in longitudinẽ:axi eclipticæ quãdoq̧ æquidistabit : quãdoq̧ uero nõ:nũq̄ aũt axi eccẽtrici æquidistabit. Secũdo semp corpus planetæ dũ in superiori medietate epicycli fuerit centro epicycli extra nodos existente:erit inter duas superficies scilicet eclipticæ & sui deferentis : dum autẽ fuerit in inferiori medietate epicycli erit distantius ab ecliptica q̄ deferẽs ab eadẽ. Nõ igit̃ semper astrũ inter deferentẽ & eclipticã reppe rietur. Tertio auges epicyclorũ ueras & medias nõ semp terminos esse linearũ quæ per centrũ epicycli trahuntur. Verũtamẽ eas per tales lineas cõtingit determinari. Vnde aux media epicycli semp est in sũpficie plana orthogonaliter superficiem deferentis in linea augis mediæ secante: & aux uera epicycli in simili superficie secante deferentem in linea augis ueræ. Quarto manifeste patet centra deferentium & æquantiũ a superficie plana eclipticæ declinare. Latitudines autem horũ quæ scribunt̃ in tabulis contingunt dum centrũ epicycli in puncto deferentis maxime declinãte fuerit. Sed Venus & Mercurius triplicem solent habere latitudinem: Vnam ex parte deferentis quæ deuiatio dicitur. Aliam ex parte inclinationis diametri augis ueræ & oppositi epicycli quæ inclinatio uocatur. Tertiam ex parte reflexionis diametri longitudinũ mediarũ respectu augis ueræ quæ reflexio apellat̃ : Sũpficies nanq̧ deferẽtis in latitudinem nunc ad partem septentrionis nũc meridiei super diametro mundi mouet̃ :cuius motus poli utrinq̧ ab auge æquantis nonaginta gradibus eclipticæ distant:ibi enim caput & caudafiũt. Hic tamẽ motus latitudis motui centri epicycli taliter est proportionatus ut quan-

do centrū epicycli fuerit ī aliquo loco nodorꝫ scilicet nonaginta gradi b⁹ab augæ æquātis distās:nulla est deuiatio deferētis:sed tota sup̄ficies eius ī sup̄ficie eclipticæ existit. Deinde cētro epicycli ei⁹ a nodo recedēte incipit deferēs deuiare ita ut medietas eius quā ingredit̄ centrū epicycli in Venere quidē semp̄ declinet ad aq̄lonē:ī Mercurio uero semp̄ ad austrū:Et auget̄ successiue deuiatio donec cētrꝫ epicycli p̄uenerit ad augē deferētis uł eius oppositū:tūc enī deuiatio ē maxima:ī Venere q̄dē minuta decē septē ī Mercurio minuta q̄dragita quinq̧:quæ ulteri⁹ cōtinue minorat̄ usq̧quo cētrū epicyli ī nodū aliū p̄uenerit:ubi rurs⁹ nulla fiet deuiatio. Post iterꝫ fiet ut pri⁹. Vnde patet sicut nūq̄ȝ cētrū epicycli Veneris uersus meridiē deuiat ab ecliptica:ita nūq̄ȝ cētrū epicycli Mercurii uersus aquilonē contingit deuiare. Manifestū ē etiā motū circuitiōis cētri epicycli in deferente æqualē esse reditioni deferentis ī latitudīe. Hinc similiter apparet polos sup̄ quibus fit motus deferentis ī lōgitudinē ut dictū ē supra:nūc ad polos zodiaci accedere:nūc ab eis remoueri. Propter dictas aūt deuiationes orbibꝫ prænumeratis aliū mūdo cōcētricū prædictos oēs includentē sup̄addi uidetur oportere:ad cui⁹motū trepidationis prædictæ deuiationes accidant. Sed sup̄ficies epicycli plana a superficie deferentis hac atq̧ illac declinādo mouetur: Primo super diametro epicycli per longitudines medias ab auge uera eunte: quo motu fit ut diameter augis ueræ & oppositi superficiem deferētis secet: ita ut aux uera in unam partē & oppositū in aliam a deferente declinēt Hæc tamē declinatio motui centri epicycli taliter proportionatur ut quandocunq̧ cētrū epicycli fuerit in auge æquantis dicta diameter nusq̄ȝ a deferēte declinet:sed in superficie eius constituatur. Centro autem epicycli ab ea recedente aux uera epicycli a superficie deferentis declinare incipit:in Venere quidem uersus septentrionem:in Mercurio uero ad meridiem:& oppositum augis ueræ ad partem oppositam: quæ declinatio continue augetur usq̧quo cētrū epicycli ad nodum caudæ p̄uenerit scilicet dū ab auge æq̄ntis nonagita gradibꝫ secūdum successionem signorꝫ distiterit:tūc enī maxima dictæ diametri cōtingit declinatio:quæ postea cōtinue minorabit̄ donec cētrū epicycli ad oppositū augis æq̄ntis p̄uenerit ubi rursus nusq̄ȝ dicta diameter declinat sed in superficie deferētis cōstituit̄. Inde uero cētro epicycli recedēte uersus nodū aliū aux uera declinare incipit a sup̄ficie deferētis:ī Venere quidē ad meridiē in

Mercurio aũt ad aqlonẽ: & oppositũ augis ad partẽ oppositã: & maio ratur successiue declinatio donec ad nodũ aliũ pueniet centrũ epicycli: ubi rursus maxima fiet. Dehinc aũt decrescit donec in augẽ æq̃ntis ue/ nerit: ubi sicut primo dicta diameter ĩ supficie deferẽtis erit. Inde prior dispositio redit. Quãdocũq; igit̃ maxima deferẽtis deuiatio cõtingit nullã epicyclus declinationẽ habet: & quãdo hæc nulla ẽ: illa maxima ẽ. Secũdo aũt mouet̃ supficies plana epicycli a supficie deferentis declinã do sup diametro epicycli p augẽ uerã & eius oppositũ eũte: quo motu fit ut diameter p lõgitudines medias ab auge uera transiẽs supficiẽ defe rẽtis quãdoq; secet: ita ut medietas epicycli: sinistra ĩ unã partẽ: dextra ĩ aliã a deferẽte reflectãt̃: sinistrã ãt uoco quæ post augẽ epicycli secũdũ successionẽ existit. Hæc tñ dicta diametri reflexio etiã motui centri epi/ cycli pportionata ẽ taliter ut quãdocũq; cent℞ epicycli fuerit ĩ nodo ca pitis scilicet in ĩtersectione ante augẽ deferẽtis cõtra successionẽ signo℞ gradibꝫ nonaginta nulla sit dictæ diametri reflexio: sed ĩ eadẽ supficie cũ deferẽte locet̃. Centro aũt epicycli hinc uersus augẽ recedente medie tas diametri dictæ sinistra siue orientalis a superficie deferentis: ĩ Vene/ re quidẽ ad septentrionẽ: sed ĩ Mercurio ad aust℞ incipit reflecti: altera uero medietas uersus partẽ oppositã: quæ quideẽ reflexio cõtinue auge tur usq; quo ceutrum epicycli ad augẽ æquantis uenerit ubi tunc maxĩa fiet. Post uero uersus nodũ aliũ decrescet donec ad eundẽ cent℞ epicy/ cli pueniet ubi rursus nulla accidet reflexio. Sed ab hoc loco centro epi/ cycli trãseunte uersus oppositum augis æquantis ite℞ medietas sinistra diametri euntis p longitudines medias incipit reflecti: in Venere quidẽ ad meridiẽ: ad aquilonẽ autem in mercurio: & augebitur usq; quo ue/ niet ad oppositũ augis æquantis: ubi tunc iterũ maxima fiet. Hinc au/ tem minuetur successiue usq; dum centrum epicycli ad nodum capitis reuertitur: ubi nulla fiet reflexio: & rursus habitudo prior redibit. Ma nifestum est igitur in loco deferentis ubi nulla contingit epicycli decli/ natio maximam eius reflexionem accidere. Deuiationes itaq; ab eclipti ca: declinationes autem & reflexiones a deferente conputant̃. Et quæ scribuntur in tabulis sunt quæ cõtingunt dum maxime fiũt. Cũauteẽ ma xima contingit reflexio scilicet in auge deferentis uel opposito existen/ te centro epicycli: extremitas diametri quæ reflectitur minorem habet reflexionem q̃ plures partes circũferentiæ epicycli sub ea uersus oppo/

situ augis existetis: pūct⁹ tn̄ circūferētiæ epicycli cōtactus a linea eā contingēte a cētro mūdi ꝓtracta: tūc præ cæteris maximā habet reflexionē. Sicut itaq; mot⁹ declinatiōis epicycli fit sup diametro quæ reflectit: ita ecōuerso motus reflexionis epicycli sup diametro declināte accidit. Vnde uicissim una est axis motus alterius. Nō igit in istis sicut in superioribus oportet axē sup quo sit motus inclinatiōis epicycli cū extra nodos fuerit superficiei eeclipticæ æquidistare. Propter dictas epicyclorū inclinationes atq; reflexiones orbes parui epicyclos itra se locantes a quibusdam ponuntur ad quorū motū eædem contingunt.

THEORICA LATITVDINVM.






Ctauæ uero sphæræ ad cuius motum sæpe dictũ est orbes deferentes auges planetaꝝ mutantᵉ triplex inest motus. Vnus quidẽ a primo mobili scilicet diurnus: quo in die naturali semel super polis mundi reuoluitᵉ. Alter a nona sphæra quæ secundũ mobile uocatᵉ: qui semꝑ est secundũ successionem signoꝝ contra motum primũ super polis zodiaci regularis: ita ut in quibuslibet ducentis annis per unũ gradũ & uigintiocto minuta fere progreditᵉ. Hic motus augiũ & stellaꝝ fixaꝝ ĩ tabulis appellatᵉ. Et est arcus zodiaci primi mobilis inter caput Arietis primi mobilis & caput Arietis nonæ sphæræ. Suꝑficies nanq̃ eclipticæ nonæ sphæræ semꝑ est in superficie eclipticæ primi mobilis. Tertius aũt est sibi proprius: qui motus trepidatiõis uocatᵉ siue accessus & recessus octauæ sphæræ. & fit super duos circulos paruos in concauitate nonæ sphæræ æq̃les suꝑ principia Arietis & libræ eiusdẽ descriptos: sic ꝙ duo pũcta certa octauæ sphæræ quæ capita Arietis & Libræ eiusdẽ uocantᵉ diametralitᵉ opposita circũferẽtias taliũ duoꝝ circuloꝝ nonæ sphæræ regularitᵉ describãt: cũ hoc ꝙ ecliptica octauæ spæræ semꝑ ĩtersecet eclipticã nonæ: dũ ĩtersecat saltẽ ĩ capitibꝰ Cãcri & Capricorni nonæ diametralitᵉ oppositis. Vnde seqtᵉ cũ unꝰ eorũdẽ punctoꝝ octaue sphæræ ẽ ĩ medietate sui circuli meridiani: altᵉ erit ĩ medietate sui circuli septẽtrionali. Ecliptica quoq̃ octauæ sphære semꝑ eclipticã nonæ ĩ ꝑtes æq̃les dũ secat secabit: atq̃ portiões circuloꝝ ꝑuoꝝ alternatĩ æq̃les. Velocitatis uero motꝰ istiꝰ regula ẽ ista: ut q̃libet duoꝝ pũctoꝝ circũferẽtiã sui ꝑui circl'i ĩ quo circũfertᵉ ĩ septẽ milibꝰ ãnoꝝ præcise ꝑficiat. Quãq̃ aũt hoc motu ꝑdicta duo pũcta scilicet capita Arietis & Libræ octauæ sphæræ duas æq̃les circuloꝝ circũferẽtias describãt: nulla tñ alia pũcta eiꝰ circũferẽtias circl'orũ describere cõtigit. Capita uero Cãcri & Capricorni octauæ sphæræ q̃si figuras conoidales habẽtes ꝑ basi lineas curuas utrĩq̃ a capitibꝰ Cãcri & capricorni nonæ ꝑagere necesse ẽ. Vñ & q̃ndoq̃ ꝑcedẽt ea: q̃ñdoq̃ uero sequẽtᵉ: q̃ndoq̃ aũt cõiũgũtᵉ. Cõiũgũtᵉ enĩ caput Cãcri octauæ & caput Cãcri nonæ dũ caput Arietis octauæ fuerit ĩ maxĩa latitudĩe ab ecliptica nonæ: qđ accidit ĩ circl'o magno ꝑ polos zodiaci nonæ & cẽtra circulorũ trãseũte. Poli aũt eclipticæ octauæ ĩproprie di-

cti poli qndoq accedūt ad polos eclipticæ nonæ: qndoq sūt sub eis: qn q uero ab eisdē remouent: talis tñ accessus & recessus semp est sup circulo magno p polos zodiaci nonæ & centra circulorum paruorum euntes


THEORICA MOTVS OCTAVAE SPHAERAE.



Cōtingit itaq ut ecliptica octauæ sphæræ sub diuersa eius habitudine successiue in diuersis suis partibꝫ æquinoctialē primi mobilis intersecet atq intersectio talis nūc ī ipso capite arietis primi mobilis accidat: nūc citra: nūc ultra: ita ut ī tēpore quo cētrū parui circuli reuolutionē unam perficit: quæ in qdraginta nouē milibꝫ ánorū cōtingit, loquēdo natura.

liter: quilibet pũct⁹ eclipticæ octauæ sphæræ æq̃noctialẽ ꝑpe caput Arietis atq; etiã ꝑpe caput libræ primi mobilis secuerit: quæ quidẽ sectiones in æq̃noctiali accedere quãdoq; ad capita Arietis & libræ primi mobilis qñq; aũt ab eisdẽ remoueri uident: aliquãdo quoq; secũdũ: aliquando contra successionẽ signoꝝ progrediendo. Vnde fit ut maximæ zo/


THEORICA ALIA.



diaci declinatiões uariabiles existãt. Hinc itaq; cõtigisse credit a diuersis astronomis diuersis tẽporib⁹ earũdẽ maximaꝝ zodiaci declinationũ q̃ntitates fuisse nõ æq̃liter inuẽtas. Maiores nãq; repperte sũt a Ptolemæo q̃ ab Almeone: qd' utiq; cũ similib⁹ uiis & modis ꝑcesserũt uix alit q̃ tali mot⁹ diuersitate ul' simili sicut dictũ ẽ modo euenire potuit

Variationē aūt sectiōis eclipticæ octauæ & æq̄noctialis respectu Arietis primi mobilis necessario seqt̄ ut æq̄noctia sicr solstitia cōtinue diuersi-(ficēt.

THEORICA ALIA OCTAVAE SPHAERAE.



Vnde non semper cum Sol in capite Arietis primi mobilis fuerit neces-se est æquinoctiū accidere: sed stat antea fuisse uel postea secuturū eē: sci-licet cū fuerit in sectione prædicta. Ex quo nanq; sicut supra dictū est orbes augem Solis deferentes sup axe eclipticæ octauæ sphæræ ad motū eiusdē sphæræ mouent: & orbis Solē deferens sup axe prædicto axi æq-


distanti: necessario sequet: ut centrū corporis solaris semp in superficie eclipticæ octauæ sphæræ repperiat. Hæc aūt superficies sæpe immo fre quenter est extra caput Arietis primi mobilis: quare sequitur illatum. Similis de uariacione solstitiorum est ratio. Ex quibus quidem primo concluditur non esse necessarium existentem Solem in capite arietis uł Libræ primi mobilis, nullam habere declinationem ab æquinoctiali.

Secundo similiter non esse necessariū in capite Cancri uel Capricorni primi mobilis Solem existentem ab æquinoctiali declinationem habere maximam. Stat enim Solem esse in circulo per polos eclipticæ primi mobilis & caput Arietis eiusdem transeunte & tamen esse extra superficiem æquinoctialis. Similiter stat eum esse in circulo per polos zodiaci primi mobilis & caput Cancri eiusdem eunte & tamen tunc ab æquinoctiali declinationem non habere maximam sed antea in ipsa fuisse uł post in ea esse futurum. Hæc etiam sequitur tropicos Cancri & Capricorni continue respectu æquinoctialis uariari: nunc quidem uersus eum propinquando: nunc ab eo elongādo: Certos tamen limites quos exire non potest habet illa uariatio. Ex his autem stellarum motibus satis apertum est motum aggregatū ex motibus nonæ & trepidatione octauæ quandoq; secundum successionem nunc quidem uelociter nunc tarde: quandoq; autem stationarium & quandoq; contra successionē contingere secundū diuersum situm capitis Arietis octauæ sphæræ in circūferentia sui parui circuli. Difficile igit̄ ualde fuit huius motus antiquis repperire qualitatē. Vñ diuersi diuersimode in hoc fuerunt imaginati. Aliqui nanq; dicebant auges & stellas fixas moueri per noningētos annos uersus orientem continue usq; ad gradus septem. Deinde per alios noningentos annos tantundem econuerso uersus occidentem. Albategni uero dicebat eas moueri uno gradu in sexaginta annis & quatuor mensibus semper uersus orientem. Alfraganus autem putauit ꝙ in centum annis unum gradum semper uersus orientem perficerent.

Medius itaq; motus accessus & recessus octauæ sphæræ est arcus circuli parui a puncto supremo quartæ secundum successionem signoꝝ usq; ad caput Arietis octauæ sphæræ computatus. Aequatio autem octauæ sphæræ est arcus eclipticæ nonæ sphæræ centrum parui circuli & circulum magnum a polis eclipticæ nonæ per caput Arietis octauæ tran

ſeunté interiacés. Cũ igiť medius motus acceſſus & receſſus nihil fuerit aut ſemicircul⁹: nulla ſit dicta æq̃tio. Sed ſi. lxxxx. grad⁹ aut. cclxx. fuerit ipſa erit maxīa. Cũ aũt talis mot⁹ acceſſus & receſſus fuerit ſemicirculo minor æquatio erit ſemp̱ addenda: ſed cũ maior fuerit: erit minuenda.

THEORICA AD TERMINOS SPECTANS.



Thebit uero duplicem tantum octauæ ſphæræ motum ineſſe dixit: Vnum a primo mobili ſiue ſphæra nona diurnũ ſcilicet: aliũ uero proprium ſcilicet trepidationis qui fit ſuper circulis paruis. Duplicem ecli/


pticam asseruit: fixam quidē ī nona sphæra: mobilem autem in octaua: ita ut capita Arietis & Libræ mobilis circūferantur in duobus circulis paruis quorū media seu poli sunt ipsa capita Arietis & Libræ eclipticæ fixæ: & arcus eclpticæ fixæ inter polos horū paruorū circulorū & circū/ferentias suas quattuor gradus habet decemocto minuta. xliii. secunda.

Dixit autem capita Arietis & Libræ mobilia taliter circūferri ut cum caput Arietis mobilis fuerit in sectione parui circuli & æquatoris occi dentali ipsum mouebitur in medietatem parui circuli quæ ab æquatore septentrionalis est: caput autem libræ mobilis mouetur tunc per medie tatem sui parui circuli quæ meridiana ē ab æquatore. Et cū caput Arie/tis mobilis fuerit: in sectione æquatoris & sui parui circuli orientali mo uebitur in medietatem parui circuli quæ ab æquatore ē meridiana: Ca/put autem libræ mobilis uoluetur tunc per medietatem sui parui circuli septentrionalem ab æquatore At cum caput Arietis mobilis fuerit in al terutro duorum punctorum sectionis eclipticæ fixæ cum paruo circulo statuetur ecliptica mobilis directe in superficie eclipticæ fixæ quod in una reuolutione capitis Arietis mobilis in suo circulo paruo bis acci/det. In omnibus autem aliis locis capite Arietis mobilis in periferia sui parui circuli locato: ecliptica mobilis secabit eclipticam fixam in pun/ctis quidem capitum Cancri & Capricorni mobilium. Nam hæc duo puncta eclipticæ mobilis semper circūferentiæ eclipticæ fixæ in hoc mo tu cohærent ut nusq̄ ab ea recedant. A capitibus tamen Cancri & Ca/pricorni fixorum per quantitatem quatuor graduum: decemocto mi/nutorum. xliii. secundorum elongari uersus orientem aut occidentem contingit. Vbicunq; etiam sectio harum eclipticarum fiat ipsam ne/cesse ē a principiis Arietis & Libræ mobilium per quartam circuli ma gni distare. Licet uero in una reuolutiōe capitis Arietis mobilis in suo circulo paruo bis accidat ut capita Cancri & Capricorni mobiliū sta/tuant̄ sub capitibus Cancri & Capricorni fixorū: nunq̄ tamen capita Arietis & Libræ mobiliū sub capita Arietis & Libræ fixorum perue/nient. Nam dum ecliptica mobilis continget circulum paruum a parte septētrionis in puncto Arietis mobilis: capita Cancri & Capricorni mobilia iuncta sunt cum capitibus fixorum. Similiter accidit in conta/ctu meridiano. sed capita Arietis & Libræ semper a capitibus fixorum

quantitate quæ dicta est: distant. Ecliptica etiam fixa semper secat æquatorem in capitibus Arietis & libræ fixorum ad angulū semper eundem puta .xxiii. graduū .xxxiii. minutorū: & .xxx. secundorum. Sed ecliptica mobilis æquatorem successiue secat in singulis punctis comprehēsis in duobus arcubus quos ecliprica mobilis in duobus sitibus cōtactuū ab æquatore separat & quantitas cuiusq; est circiter .xxi. gradus & .xxx minuta. Est eni maxima distantia capitis Arietis mobilis a sectiōe eclipticæ cū æquatore per gradus decē & quadragintaquinq; minuta. Vnde maxima declinatio eclipticæ mobilis ab æquatore uariabilis est: maior quandoq; declinatione eclipticæ fixæ qnādoq; minor eadē: quandoq; sibi æqualis. Tūc eni æqualis est illi cū mobilis sub fixæ superficie fuerit. maior uero in sitibus cōtactuū. Vnde eā Ptolomæus .xxxiii. graduum. li. minutorꝝ .xx. secundorꝝ repperit. Minor aūt dum caput Arietis mobilis in sectione æquatoris & parui circuli fuerit. Nam tunc intersectio eclipticarū erit in pūcto eclipticæ mobilis maxime declināte qui minus declinat q̄ caput Cancri & Capricorni fixū. Aequatio itaq; octauæ sphæræ est arcus eclipticæ mobilis iuter caput Arietis mobilis & intersectionē eiusdem eclipticæ cū æquinoctiali interceptus. Sed motus accessus & recessus est arcus circuli parui inter caput Arietis mobil' & intersectionē æquatoris & circuli parui per medietatem circuli septentrionalem progrediendo. Hoc motu cōtingit ut stellæ fixæ uideant' nunc moueri uærsus orientem: nunc uersus occidentē: nunc motu ueloci: nūc motu tardo. Nam cum fuerit caput Arietis mobilis in quartis parui circuli ab æquatore uidelicet prope situs contactuum de quibus diximus tarde uidentur moueri uersus eam partem uersus quam est motus earū: q tunc æquatio octauæ sphæræ parꝝ crescat aut decrescat. Sed cum fuerit caput arietis mobilis in alterutra sectionum æquatoris & circuli parui uel prope: uelociter moueri uidebuntur stellæ ad eam partem ad quā est motus earꝝ: q sub eisdem sitibus æquatio octauæ sphære plurimum crescat aut decrescat. Hinc diuersitas manifesta in motu earum inuenta est. Ptolemæus enim earum loca tempore suo uerificata cōparauit ad loca earum ab Hipparcho & aliis inuenta: repperitq; motas motu tardo: uidelicet in cēt ūānis gradu uno. Nā tūc caput Arietis erat separatū a pūcto q̄rtæ circuli parui meridianæ uers⁹ æq̄torē accedēs. Posteriores uero dū magis accederet īuenerūt moueri i sexagītasex ānis uno gradu.

Nunc nostro tempore scilicet Anno domini .M.cccclx. factum est caput Arietis septentrionale fere sexgintasex gradibus a sectione parui circuli & æquatoris distans. Vnde & a sectione eclipticæ mobilis cũ æquatore .lxxxx. gradibus quadragintaocto minutis fere distat. Sectio igitᷣ iam fit super .xx. gradu .xii. minuto Piscium eclipticæ mobilis. Maxima autem æquatio octauæ sphæræ contingit dum caput arietis mobilis fuerit super punctis quartas circuli parui ab intersectionibus eius cum æquatore distinguentibus: & est decem graduum quadragintaqꝫ nqꝫ minutorum. Vnde quilibet punctus a decemnouem gradibus quindecim minutis Piscium usqꝫ ad decem gradus .xlv. minuta arietis eclipticæ mobilis potest fieri in loco intersectionis q̃ est punctus æqualitatis uernalis. Idem intelligendũ de puncto æqualitatis autnũalis in arcu opposito. Constat etiam puncta tropica non semper esse in capite cancri aut capricorni mobilis: sed in punctis per quartam a sectione æquatoris cum ecliptica mobili distantibus. Ptolemæus itaqꝫ iudicans stellas tempore suo moueri ab occidente in orientem credidit unum tantum esse zodiacum fixum scilicet qui semper eandem haberet declinationẽ ab æquatore: ad quod sequitur id quod dixit. Nam ex quo stellæ meridionales a tropico hyemali recedentes accedebant uersus punctũ æqualitatis uernalis & inter hoc punctum & tropicum æstiuum in partem septentrionis recedebant ab æquatore: iudicauit moueri secundum successionem signorum. Sed supposito hoc motu tempore suo in rei ueritate mouebantur contra successionem signorum eclipticæ fixe. Verum ẽ tamen ꝙ propter æquationem octauæ sphæræ tunc decrescentem moueri uisæ sunt ad successionem signoꝝ ꝙ in intersectione eclipticæ mobilis cum æquatore putabat esse caput Arietis zodiaci immobilis: quã intersectionem semper fixam existimabat. Hunc motum sequuntur omnes sphæræ inferiores in motibꝫ suis: ita ut respectu huiꝰ eclipticæ mobilis sint auges deferentium & declinationes earum sempꝫ inuariabiles.

THEORICA VLTIMA OCTAVAE SPHAERAE



Carmina in impressorum hui⁹ opusculi laudem

Vranie quantũ quantũ debere fatentur
Cuncta canopeo: cognitaqȝ astra uiro
Santritter helbronna lucili ex urbe Iohannes
Schemata sic debent ipsa reperta tibi
Næc minus hæc tibi de sanctis hieronyme debent
Quam socio: nanqȝ hic inuenit: ipse secas.

Hoc quoqȝ sideralis scientiæ singulare opusculum
mirifica illa arte nuper ingenio germanico
in lucẽ prodita impressione uidelicet
Pridie calen̄. Aprilis.
Anno Salutis.
M.cccc.lxxxviii.
completũ est.
Venetiis.



